

VD16 C 737
Canisius, Petrus

Institutiones christianaæ pietatis seu catechismus

Dilinga 1572
Catech. 81

Copyright

Das Copyright für alle Webdokumente, insbesondere für Bilder, liegt bei der Bayerischen Staatsbibliothek. Eine Folgeverwertung von Webdokumenten ist nur mit Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek bzw. des Autors möglich. Externe Links auf die Angebote sind ausdrücklich erwünscht. Eine unautorisierte Übernahme ganzer Seiten oder ganzer Beiträge oder Beitragsteile ist dagegen nicht zulässig. Für nicht-kommerzielle Ausbildungszwecke können einzelne Materialien kopiert werden, solange eindeutig die Urheberschaft der Autoren bzw. der Bayerischen Staatsbibliothek kenntlich gemacht wird.

Eine Verwertung von urheberrechtlich geschützten Beiträgen und Abbildungen der auf den Servern der Bayerischen Staatsbibliothek befindlichen Daten, insbesondere durch Vervielfältigung oder Verbreitung, ist ohne vorherige schriftliche Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig und strafbar, soweit sich aus dem Urheberrechtsgesetz nichts anderes ergibt. Insbesondere ist eine Einspeicherung oder Verarbeitung in Datensystemen ohne Zustimmung der Bayerischen Staatsbibliothek unzulässig.

The Bayerische Staatsbibliothek (BSB) owns the copyright for all web documents, in particular for all images. Any further use of the web documents is subject to the approval of the Bayerische Staatsbibliothek and/or the author. External links to the offer of the BSB are expressly welcome. However, it is illegal to copy whole pages or complete articles or parts of articles without prior authorisation. Some individual materials may be copied for non-commercial educational purposes, provided that the authorship of the author(s) or of the Bayerische Staatsbibliothek is indicated unambiguously.

Unless provided otherwise by the copyright law, it is illegal and may be prosecuted as a punishable offence to use copyrighted articles and representations of the data stored on the servers of the Bayerische Staatsbibliothek, in particular by copying or disseminating them, without the prior written approval of the Bayerische Staatsbibliothek. It is in particular illegal to store or process any data in data systems without the approval of the Bayerische Staatsbibliothek.

Catech.

81

מִתְּבָרֶךְ אֱלֹהִים
וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו
וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו

וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו
וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו

וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו
וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו

וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו
וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו

וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו
וְאַתָּה תְּהִלֵּךְ
בְּדַבְרָיו וְאַתָּה
תְּהִלֵּךְ בְּדַבְרָיו


Catech.

81




ExElectorali Bibliotheca
Sereniss. Vtriusq; Bavariae
Ducum.

2003



BSB
A. Accel - 2356.



BSB

Th. Arce - 2356

INSTITUTIONES

CHRISTIANÆ
PIETATIS,

PARVVS CATECHISMVS
CATHOLICORVM.

Authore
PETRO CANISIO Socie-
tatis IESV Theologo.

PRECES HORARIAE DE
æterna Dei sapientia.

Cum gratia & Privilio Cæs. Maiest.

DILINGAE
Excudebat Sebaldus Mayer.
M. D. LXXII.

MBKOTI



<36629933600018

S

<36629933600018

E Bayer. Staatsbibliothek

33

BSB

DE CALEN- DARIO ET EIVS COMMODITATE ADMONITIO.



ES planè triuialis ac nul-
lius ferè momenti vulgo exi-
stimat, circa Calendarium
verbi, & in eo annum anniq;
partes considerare. Norunt au-
tem docti & æqui censores, Calendarium latè
patere, & sapientissimos olim viros multum
in eo excutiendo studij & operæ collocauisse,
sed neq; potest à quoquam reo negari, quin
Calendarij prudens animaduersio præter va-
riam utilitatem voluptatē quoq; liberalē, &
eruditis pijsq; mentibus dignam adferat. An
vero humana solum industria, & non diuina
potius prouidentia, cōngisse dicemus, vt tem-
porum series tam pulchriè quam utilem distri-
buta tot sæculis immota perduret? Habet luū
annū Ecclesia, & in anno menses: in his poitò
dies sacros & pphanos (vt vulgus loquitur) cō-
cinnè simul & iucundè distinguit. Quæ anni di-
stributio, si rem æquè ppendimus, acuit iudi-
cium sapientiū, populares recreat animos, ne-
gligentes etiam ac ociosos magnis sæpe de re-
bus commonefacit, tum ad meditanda Con-

ditoris & Redemptoris Dei beneficia potenter
excitat: neq; permittit sanctorum laudem, vi-
tam, mortem & felicitatem vetustatis iniuria
obscurari prorsus, aut ex nostra & hominum
memoria tolli. Hinc fides & religio in Chri-
stianis animis confirmatur & alitur, hinc affe-
ctus saepe p̄ij excitantur, & omnium hominum
ordines ad bene beatęq; viuendum statim anni
temporibus ac diebus nullo ferè negotio, &
haud sine publico commodo pellicuntur.

Vbi non attinet dicere, quām variè quidam
iam olim mēses numerant, & ex his annos
inæquales fecerint. Apud Romanos quidam
Romulus in menses decem annum diuisit. Nu-
ma verò duos illos, Ianuarium & Februarium
adiecit: sed rectius adhuc Iulius Cæsar annum
ad solis cursum accommodauit, vt annus tre-
centorum sexaginta quinq; dierum esset. Eo-
dem autore sublatus est mensis intercalarius,
& hoc effectum vt unus dies quarto quoq; an-
no intercalaretur: quem diem idcirco Bissextrū
voluit appellari, quia bis sexto Calendas tunc
dicimus, vnum tantum diem computātes, quia
biduum hoc pro uno duntaxat die censetur.
Cæterū quod ad menses anni pertinet, Græ-
ci & Hebrei in illorum distributione cum La-
tinis cōgruunt hactenus, quod duodecim mē-
ses ab omnibus numerantur: Latinorum verò
menses ad solis motum quadrant, neq; menses
alios quam solares Romanus annus agnoscit.

At

At solaris annus lunarem excedit diebus de-
cem, horis viginti & una, momentis autem
CCIII. Vnde factum est, ut Hebrei anno, quē
vocant, embolismico uti debuerint. Jam ut à
mensibus ad hebdomadas transeamus, è sacris
literis obscurum non est, quod Hebrei men-
sem in hebdomadas (ipſi vocant Sabbathos) di-
uidant. Vnde primum hebdomadae diem, qui
apud nos est dominicus, appellant illi primam
sabbati, deinde secundam, tertiam, quartam,
quintam, sextam sabbati, quae & patasceue di-
citur, ordine numeris. Displacet autem D.
Hieronymo & plarisq; pijs, nec im merito sa-
nè, quod etiam nū Christiani appellemus heb-
domadæ dies hoc modo: Dies Lunæ, Martis,
Mercurij, Iouis, Veneris, Saturni: qui mos Eth-
nicus est planè, & initium dicit à planeta, qui
primæ diei horæ imperare dicitur: ut dies Lu-
næ vocetur (exempli gratia) quia Luna in pri-
mam diei Lunæ horam suum imperium tenet.
Qua ratione Plinius afferit, primis horis singu-
lorum ordine dicrum cuiuslibet planetæ im-
perium assignari, iuxta orbium cœlestium vo-
lutationem. Quo magis laudandus est impera-
tor Cōstantinus magnus, si Eusebio credimus,
vel, ut alij volunt, æqualis eius Silvester Pont.
Max. quorum alter in causa fuit, ut ethnicas,
quas diximus, voces, in appellatione dierum
Christiani missas facerent, & exploso veteri
hoc fermento, hebdomadas in ferias partiren-

A ; tur,

BSB
tur. Quod autem dies ita feriae dicuntur, inde factum putant nonnulli, quod sicut ferijs ethnicorum non fas erat populo seruilia opera exercere; sic modò Christianos vni Deo singulis diebus vacare oporteat. Hæc de anno, mensibus & hebdomadis breuiter, non enim repetemus quæ scripserunt alij porrò de Calendis, Nonis, Idibus & id genus plerisque alijs. Fatemur ea in Calendario utiliter considerari, sicut & illa quæ ad diem naturalem & ciuilem pertinent, cum varias dici obseruationes diuina etiam scriptura complectatur. Verum hæc persequi, haudquaquam huius est instituti: Beda consulatur.

LANYA.

JANVARIUS habet dies **XXXI.**

Luna verò habet **XXX.**

Nox habet horas 16. dies 8.

19 A Gi	1 Circuncisio Domini	Calend. Ian.
8 b si	2 Octaua S. Stephani	4. non. Ian.
c o	3 Octaua S. Ioannis	3. non. Ian.
16 d Ia	4 Octaua Innocentum	Prid.no.Ian.
5 e nus	5 Thelesphori papæ	Non.Ianuar.
f E	6 Epiphaniæ Domini	8. idus Janu.
3 g pi	7 Cleti martyris	7. idus Janu.
2 A fi	8 Erhardi episcopi	6. idus Janu.
b bi	9 Martiali virginis	5. idus Janu.
10 c ven	10 Pauli primi Eremitæ	4. idus Janu.
18 d di	11 Iginij papæ	3. idus Janu.
e cat	12 Satyrij & Arcadij	Prid.id. Ian.
7 f oct	13 Hilarij episc. & conf.	Idibus Ianu.
g ve	14 Felicis presbyteri	19.cal. Febr.
15 A li	15 Mauri abbatis	18.cal. Febr.
4 b Mar	16 Marcelli papæ	17.cal. Febr.
c an	17 Antonij abbatis	16.cal. Febr.
12 d Pris	18 Priscae virginis	15.cal. Febr.
3 e ca	19 Marij & Marthæ	14.cal. Febr.
f Fab	20 Fabiani & Sebastiani	13.cal. Febr.
9 g Ag	21 Agnetis virginis	12.cal. Febr.
17 A Vin	22 Vincentij martyris	11.cal. Febr.
b cen	23 Emerentianæ virginis	10.cal. Febr.
6 c ti	24 Timoth. discip. Paul.	9.calen.Feb.
d Pau	25 Conuerfionis Pauli	8.calen.Feb.
14 e po	26 Polycarpi martyris	7.calen.Feb.
3 f no	27 Ioannis Chrysostomi	6.calen. Feb.
g bi	28 Karoli & Vvernheri	5.calen. Feb.
11 A le	29 Valerij episcopi	4.calen. Feb.
19 b lu	30 Aldegundis virginis	3.calen. Feb.
e men	31 Vigilij episcopi	Pri.cal. Feb.

FEBRARIUS habet dies **XXVIII**

Luna verò habet **XXIX.**

Cum vero Bissexus fuerit, habet dies **XXIX.**

Luna verò habet **XXX.**

Nox habet horas 16, dies 1.

8 d Bri	1 Brigidæ virginis	Cal. Febr.
16 e Pur	2 Purificatio Mariæ	4. no. Febr.
5 f Bla	3 Blasij Episc. & mart.	3. no. Febr.
g sus	4 Veronicae virginis	Pri. no. Feb.
13 A Ag	5 Agathæ virginis	Nonis Feb.
b Dor	6 Dorotheæ virginis	8. id. Febr.
2 c Fe	7 Richardi Regis	7. id. Febr.
10 d bru	8 Syri episcopi	6. id. Febr.
e Ap	9 Apolloniae virginis	5. id. Febr.
18 f Scho	10 Scholaisticae & Guil.	4. id. Febr.
7 g las	11 Euphrasiae virginis	3. id. Febr.
A ti	12 Eulaliæ virginis	Pri. id. Febr.
15 b ca	13 Castoris presbyteri	Idibus Febr.
4 e Va	14 Valentini epis. & mart.	16. cal. Ma.
d lent	15 Faustini martyris	15. cal. Mar.
12 e Iu	16 Julianæ martyris	14. cal. Mar.
f li	17 Polychronij episcopi	13. cal. Mar.
1 g con	18 Constantiae virginis	12. cal. Mar.
9 A iun	19 Gabini & Susannæ	11. cal. Mar.
b ge	20 Eucharij episcopi	10. cal. Mar.
17 c tunc	21 Hilarij Papæ	9. cal. Mar.
6 d Pe	22 Cathedra Petri Apost.	8. cal. Mar.
e trum	23 Bissexti locus	7. cal. Mar.
14 f Mai	24 Matthias Apostoli	6. cal. Mar.
3 g thi	25 Serapionis & Papiæ	5. cal. Mar.
A am	26 Nestoris episcopi	4. cal. Mar.
11 b in	27 Iuliani martyris	3. cal. Mar.
c de	28 Romani Abbatis	Pri. ca. Mar.

MARTIVS habet dies **XXXI.**

Luna vero habet **XXX.**

Nox habet horas 14, dies 10,

19 d Mar	1 Albini episcopi	Calend. Mar.
2 e ti	2 Simplicij episcopi	6. no. Martij
f us	3 Kunegundis Imperat.	5. no. Martij
16 g A	4 Adriani martyris	4. no. Martij
5 A dri	5 Fati martyris	3. no. Martij
b a	6 Fridolini confessoris	Pri. no. Mar.
13 c per	7 Thomae de Aquino	Non. Martij
2 d de	8 Philemonis diaconi	8. idus Mar.
e co	9 Quadraginta militum	7. idus Mar.
10 f ta	10 Alexandri & Gaij	6. idus Mar.
18 g tur	11 Cuniberti episcopi	5. idus Mar.
A Gre	12 Gregorij papæ	4. idus Mar.
7 b go	13 Aequinoctium vernalē	3. idus Mar.
c ri	14 Zachariæ papæ	Pri. id. Mar.
15 d o	15 Longini militis	Idibus Mar.
4 e Cyr	16 Cyriaci diaconi	17.cal. April.
f Ger	17 Gertrudis virginis	16.cal. April.
12 g trud	18 Alexandri episcopi	15.cal. April.
1 A al	19 Ioseph nutritoris Dñi	14.cal. April.
b ba	20 Gutberti episcopi	13.cal. April.
9 c Be	21 Benedicti abbatis	12.ca. April.
17 d ne	22 Pauli episcopi	11.cal. April.
e iun	23 Theodorici martyris	10.cal. April.
6 f sta	24 Pigmenij Episcopi	9.calen. Apr.
g Ma	25 Annunciatio Mariæ	8.calen. Apr.
14 A ri	26 Castoli martyris	7.calen. Apr.
3 b a	27 Resurrectio Domini	6.calen. Apr.
c ge	28 Prisci & Malchi	5.calen. Apr.
11 d ni	29 Eustachij martyris	4.calen. Apr.
19 e tri	30 Quirini tribuni	3.calen. Apr.
f e.	31 Guidonis abbatis	Pri. cal. Apr.

APRILIS habet dies XXX.
Luna vero habet XXIX.
Nox habet horas 12, dies 12.

3 g A	1 Conuers. Mariæ Magd. Calend. Apr.	16
16 A pril	2 Theodosiæ virginis	4.non. April.
5 b in	3 Mariæ Aegyptiacæ	3.non. April.
c Am	4 Ambrosij episcopi	Pri. no. Apri.
13 d bro	5 Vincentij prædicat.	Non. Aprilis
e si	6 Diogenis martyris	8.idus April.
2 f i	7 Cœlestini papæ	7.idus April.
10 g fel	8 Apollonij martyris	6.idus April.
A tis	9 Dioscori abbatis	5.idus April.
18 b o	10 Ezechielis Prophetæ	4.idus April.
7 c uat	11 Leonis papæ & mart.	3.idus April.
d at	12 Iulij papæ	Prid. id. apr.
15 e que	13 Euphemiæ virginis	Idibus april.
4 f Ti	14 Tiburtij & Valeriani	18. cal. Maij
g bur	15 Olympiadis martyris	17. cal. Maij
12 A ti	16 Petri diaconi	16. cal. Maij
b Et	17 Rodulphi episcopi	15. cal. Maij
1 c Va	18 Tubini episcopi	14. cal. Maij
9 d ler	19 Hermogenis martyris	13. cal. Maij
e san	20 Sulpicij & Seruiliae	12. cal. Maij
17 f eti	21 Simeonis martyris	11. cal. Maij
6 g que	22 Gaij papæ	10. cal. Maij
A Ge	23 Georgij milit. & mart.	9.calen. Maij
14 b or	24 Alberti episcopi	8.calen. Maij
3 c Mar	25 Marii euangelista	7.calen. Maij
d ci	26 Cleti papæ	6.calen. Maij
11 e que	27 Anastasij papæ	5.calen. Maij
f Vi	28 Vitalis martyris	4.calen. Maij
19 g ta	29 Petri de Mediolano	3.calen. Maij
A lis	30 Mariani martyris	Pri. cal. Maij

MAIUS habet dies XXXL
Luna verò habet XXX.
Nox habet horas 10. dies 14.

16	b Phi	1	Philippi & Iacobi	Calen. Maij
16	c lip	2	Athanasi episcopi	6. non. Maij
5	d Crux	3	Inuentio S. Crucis	5. non. Maij
	e Flor	4	Lanceæ coro. & cla.	4. non. Maij
13	f Goth	5	Gothardi episcopi	3. non. Maij
2	g Io	6	Ioannis ante portālat.	Prid. no. Ma.
	A an	7	Domicillæ virginis	Nonis Maij
10	b la	8	Stanislai episcopi	8. idus Maij
18	c ti	9	Gregorij theologi	7. idus Maij
	d ne	10	Gordiani & Epimachi	6. idus Maij
7	e pi	11	Mamerthi episcopi	5. idus Maij
	f ne	12	Pancratij martyris	4. idus Maij
15	g fer	13	Gangolfi martyris	3. idus Maij
4	A &	14	Sancti Job	Pri. id. Maij
	b Soph	15	Isidori martyris	Idibus Maij
12	c Ma	16	Peregrini episcopi	17. cal. Junij
1	d ius	17	Torperti martyris	16. cal. Junij
	e in	18	Diascori & Lectoris	15. cal. Junij
9	f hac	19	Potentianæ virginis	14. cal. Junij
17	g se	20	Bernardini confessio.	13. cal. Junij
	A ri	21	Valentis episcopi	12. cal. Junij
6	b e	22	Helenæ reginæ	11. cal. Junij
	c te	23	Desiderij episcopi	10. cal. lunij
14	d net	24	Donatiani, Rogatiani	9. calen. lun.
3	e Vr	25	Vrbani papæ	8. calen. lun.
	f ba	26	Beda presbyteri	7. calen. Jun.
11	g ni	27	Luciani presbyteri	6. calen. Jun.
19	A pe	28	Guilhel. duc. Aquit.	5. calen. Jun.
	b de	29	Maximinij episcopi	4. calen. lun.
8	c Crif	30	Vvigandi	3. calen. Jun.
16	d pan	31	Petronillæ virginis	Pri. cal. Jun.

IVNIVS habet dies **XXX.**

Luna vero habet **XXIX.**

Nox habet horas 8, dies 16.

5 e Nic	1 Nicomedis martyris	Calen. Iunij	20
f Mar	2 Marcellini & Petri	4. non. Iunij	
13 g cel	3 Erasmi martyris	3. non. Iunij	13
A li	4 Cyrini martyris	Pri. no. Iunij	2
2 b Bo	5 Bonifacij episcopi	Nonis Junij	
10 c ni	6 Benigni presbyteri	8. idus Iunij	10
d dat	7 Luciani episc. & mart.	7. idus Iunij	18
18 e lun	8 Medardi episcopi	6. idus Iunij	
7 f pri	9 Primi & Feliciani	5. idus Iunij	7
g mi	10 Onofrij eremitæ	4. idus Iunij	
15 A Ba	11 Barnabæ Apostoli	3. idus Iunij	15
4 b Cy	12 Basiliid. Cyrini. Nab.	Prid. id. Jun.	4
c ri	13 Antonij ord. Min.	Idibus Iunij	
12 d ni	14 Solstitium aestivale	13. cal. Iulij	12
e vi	15 Viti & modesti mart.	17. cal. Iulij	1
3 f te	16 Aurelianii episcopi	16. cal. Iulij	
9 g que	17 Paulæ virginis	15. cal. Iulij	9
A Mar	18 Marci & Marcelli	14. cal. Iulij	11
17 b gth	19 Geruasij & Prothasij	13. cal. Iulij	
6 c os	20 Reginæ virginis	12. cal. Iulij	6
d Al	21 Albani epis. & mart.	11. cal. Iulij	
14 e san	22 10. milium martyrum	10. cal. Iulij	1
3 f eti	23 Pauli episcopi	9. calen. Iulij	3
glo	24 Natiuit. Ioan. Bapt.	8. calen. Iulij	
11 A an	25 Gallicani & Elogij	7. calen. Iulij	1
b Io	26 Ioannis & Pauli mart.	6. calen. Iulij	19
19 c dor	27 Septem dormientium	5. calen. Iulij	
8 d le	28 Leonis papæ	4. calen. Iulij	8
epe	29 Petri & Pauli Apost.	3. calen. Iulij	
16 f Pau	30 Cōmemoratio Pauli	Pri. cal. Iulij	5

JULIJ habet dies **XXXI.**

Luna verò habet **XXX.**

Nox habet horas 6, dies 18.

20 g Jul	1 Teobaldi episcopi	Calend. Iuli
A Vi	2 Visitatio Mariae	6. non. Iulij
13 b ces	3 Translatio S. Thomæ	5. non. Iulij
2 c V	4 Vdalrici Episcopi	4. non. Iulij
d dal	5 Zoæ martyris	3. non. Iulij
10 e oc	6 Guero confessoris	Pri. no. Iulij
18 f Vvil	7 Vilibaldi episcopi	Nonis Iulij
g Ki	8 Kiliani & sociorū eius	8. idus Iulij
7 Ali	9 Cyrilli Episcopi	7. idus Iulij
b fra	10 7. fratres filij Feliciani	6. idus Iulij
15 c Be	11 Translatio S. Benedicti	5. idus Iulij
4 d ne	12 Hermogari episcopi	4. idus Iulij
e Mar	13 Margareta, Henrici	3. idus Iulij
12 f gar	14 Bonaventuræ doctoris	Pri. id. Iulij
1 g A	15 Cirici & Iulitæ mart.	Idibus Iulij
Apost	16 Eustachij & Vvalth,	17. cal. Aug.
9 b Al	17 Alexij confessoris	16. cal. Aug.
17 c Ar	18 Arnolfi & Materni	15. cal. Aug.
d nul	19 Iustæ & Ruffine	14. cal. Aug.
6 e phus	20 Iosephi iusti	13. cal. Aug.
f Brax	21 Arbogasti episcopi	12. cal. Aug.
14 g Mag	22 Mariæ Magdalena	11. cal. Aug.
3 Ap	23 Appollinaris Martyris	10. cal. Aug.
b Cris	24 Christinæ virginis	9. cal. Aug.
11 c Ia	25 Iacobi Apostoli Christi	8. cal. Aug.
19 d co	26 Annae matris Mariæ	7. cal. Aug.
e bi	27 Simeonis, Bertoldi	6. cal. Aug.
8 f que	28 Panthaleonis mart.	5. cal. Aug.
16 g fin	29 Beatricis & Marthæ	4. cal. Aug.
5 Aab	30 Abdonis & Sennis	3. cal. Aug.
b don	31 Germani episcopi	Pri. ca. Aug.

AUGUSTVS habet dies XXXI.

Luna verd habet XXX.

Nox habet horas 8, dies 16.

- | | |
|------------|---------------------------|
| 13 c Pe | 1 Vincula Petri |
| d Steph | 2 Stephani papæ |
| 2 e Steph | 3 Inuentio S. Stephani |
| 10 f proth | 4 Terculini martyris |
| g os | 5 Osualdi regis & Do. |
| 18 A Sixt | 6 Sixti papæ & mart. |
| 7 b Aph | 7 Aphræ martyris |
| c Cy | 8 Cyriaci & socior. eius |
| 15 d ro | 9 Romani militis |
| 4 e Lau | 10 Laurentij martyrī |
| f Ti | 11 Tiburtij & Susannæ |
| 12 g bur | 12 Claræ virginis |
| A Hip | 13 Hippolyti & soc. eius |
| 1 b Eu | 14 Eusebij confessoris |
| 9 c Supt | 15 Assumptio Mariæ |
| d ti | 16 Rochi confessoris |
| 17 e o | 17 Verenæ imperatricis |
| 6 f A | 18 Agapiti martyris |
| g ga | 19 Sebaldi & Ludouici |
| 14 A pi | 20 Bernardi abbatis |
| 3 b thi | 21 Anastasij martyris |
| c Thi | 22 Timothei & Simpho. |
| 11 d mo | 23 Zachæi episcopi |
| e Bar | 24 Bartholomæi Apost. |
| 19 f tho | 25 Ludouici regis |
| 8 g lo | 26 Seuerini martyris |
| A Ruf. | 27 Rufi & Gebhardi |
| 15 b Aug | 28 Augustini episcopi |
| 5 c Col | 29 Decol. Ioann. baptist. |
| d au | 30 Felicis & Adauerti |
| 13 e cti | 31 Paulini episcopi |

- | | |
|----------------|-------|
| Calen. Aug. | 18 f |
| 4. non. Aug. | 20 A |
| 3. non. Aug. | 2 b |
| Pri. no. Aug. | 2 c |
| Nonis Aug. | 7 |
| 8. idus Aug. | 15 f |
| 7. idus Aug. | 4 g |
| 6. idus Aug. | 12 h |
| 5. idus Aug. | 1 i |
| 4. idus Aug. | 9 j |
| 3. idus Aug. | 17 k |
| Pri. id. Aug. | 6 l |
| Idibus Aug. | 14 m |
| 19. cal. Sept. | 3 n |
| 18. cal. Sept. | 11 o |
| 17. cal. Sept. | 19 p |
| 16. cal. Sept. | 8 q |
| 15. cal. Sept. | 16 r |
| 14. cal. Sept. | 5 s |
| 13. cal. Sept. | 11 t |
| 12. cal. Sept. | 19 u |
| 11. cal. Sept. | 8 v |
| 10. cal. Sept. | 16 w |
| 9. cal. Sept. | 5 x |
| 8. cal. Sept. | 13 y |
| 7. cal. Sept. | 8 z |
| 6. cal. Sept. | 16 aa |
| 5. cal. Sept. | 5 bb |
| 4. cal. Sept. | 13 cc |
| 3. cal. Sept. | 8 dd |
| Pri. ca. Sept. | 11 ee |

SEPTEMBER. habet dies XXX.

Luna vero habet. XXIX.

Nox habet horas 10. dies 14.

13 f E	1 Egid abb. Verenæ virg. Calen. Sept.	
g gi	2 Emerici ducis	4. non. Sept.
20 A di	3 Mansueti episcopi	3. non. Sept.
2 b um	4 Serapiæ virginis	Fri. no. Sept.
c sep	5 Marcelli martyris	Nonis Sept.
7 d ba	6 Victorini martyris	8. idus Sept.
e bet	7 Reginæ virginis	7. idus Sept.
15 f Nat	8 Natiuit. beate Marie	6. idus Sept.
4 g gor	9 Gorgonij martyris	5. idus Sept.
A gon	10 Sostonis & Victoris	4. idus Sept.
12 b pro	11 Prothi & Hyacinthi.	3. idus Sept.
c thi	12 Ciri & Euentij	Pri. id. Sept.
d ci	13 Materni episcopi	Idibus Sept.
9 e Crux	14 Exaltatio S. Crucis	13. cal. Octo.
17 f Nic	15 Nicomedis martyris	17. cal. Octo.
g Eu	16 Euphemiae virginis	16. cal. Octo.
6 A lam	17 Lamberti episcopi	15. cal. Octo.
b per	18 Richard. imperatricis	14. cal. Octo.
14 c ti	19 Ianuarij Episcopi	13. cal. Octo.
3 d que	20 Faustæ virginis	12. cal. Octo.
e Mat	21 Matthæi Apo. & Euan.	11. cal. Octo.
21 f Mau	22 Mauricij & soc. eius	10. cal. Octo.
19 g ri	23 Zosij diaconi	9. cal. Octo.
A ci	24 Ruperti episcopi	8. cal. Octo.
8 b us	25 Cleophae discip. Dñi	7. cal. Octo.
16 c &c	26 Cyprianæ & Iustinæ	6. cal. Octo.
5 d da	27 Cosmæ & Damiani	5. cal. Octo.
e Vven	28 Vvenceslai regis Boh.	4. cal. Octo.
13 f Mich	29 Michaëlis Archangeli	3. cal. Octo.
g Hic	30 Hicronymi & Ottonis	Pri. cal. Oct.

OCTOBER habet dies **XXXI**

Luna verd habet **XXX.**

Nox habet horas 12, dies 12.

1. Re	1 Remigij Episcopi	Cal. Octob.	20
10. b mi	2 Leodegarij Episcopi	6. no. Octo.	18
c que	3 Ludonici episcopi	5. no. Octo.	
18. d Fran	4 Francisci confessoris	4. no. Octo.	7
7. e cis	5 Placidi & Eutichij	3. no. Octo.	9
f cus	6 Fidis virginis	Pri. no. Oct.	15
13. g Mat	7 Sergij & Bacchi	Nonis Octo.	4
4. A ^{cc} us	8 Pelagiæ peccatricis	8. id. Octob.	
b di	9 Dionysij & soc. eius	7. id. Octob.	12
12. c ger	10 Gereonis & soc. eius	6. id. Octob.	3
d ar	11 Vedasti & Eustachij	5. id. Octob.	8
1. e ti	12 Maximiliani martyris	4. id. Octob.	9
9. f que	13 Burchardi & Colonij	3. id. Octob.	17
g Ca	14 Calixti papæ	Pri. id. Octo.	
17. Alixt	15 Aureliæ virginis	Idib. Octob.	6
6. b Gal	16 Galli abb. Sigismundi	17. cal. Nou.	
c le	17 Lucinæ Romanæ	16. cal. Nou.	14
14. d L ^{uc}	18 L ^{uc} æ Euangelistæ	15. cal. Nou.	3
3. e cas	19 Ptolomæi & Lucij	14. cal. Nou.	A
f Vvil	20 Maximi & Vvendelini	13. cal. Nou.	11
31. g vn	21 Undecim milliū virg.	12. cal. Nou.	19
A se	22 Seueri episcopi	11. cal. Nou.	d
19. b se	23 Seuerini episcopi	10. cal. Nou.	e
8. c Ra	24 Radegundis reginæ	9. cal. Nou.	8
d Crif	25 Crispini & Crispiniani	8. cal. Nou.	16
16. e pi	26 Amandi, Pelagiæ virg.	7. cal. Nou.	5
5. f ni	27 Sabinæ, Crescentiæ	6. cal. Nou.	b
g Si	28 Simonis & Iudez Apost.	5. cal. Nou.	13
15. Amo	29 Narcisti episcopi	4. cal. Nou.	2
2. b ni	30 Marcelli militis	3. cal. Nou.	d
c Qui	31 Quintini & Vvolfg.	Pri. cal. No.	10

NOVEMBER habet dies XXX.
Luna vero habet XXIX.
Non habet horas 14. dies 10.

20 d Om	1 Omnia Sanctorum	Calen. Nou.
19 e ne	2 Omnia animarum	4. non. Nou.
f No	3 Theophili & Vitalis	3. non. Nou.
7 g uem	4 Amantij episcopi	Pri. no. Nou.
▲ ber	5 Malachiæ episcopi	Nonis Nou.
15 b Le	6 Leonardi confessoris	8. idus Nou.
4 c o	7 Florentij episcopi Ar.	7. Idus Nou.
d qua	8 Quatuor coronatorum	6. idus Nou.
32 e te	9 Theodori martyris	5. idus Nou.
1 f o	10 Martini Papæ	4. idus Nou.
g Mar	11 Martini Episcopi	3. idus Nou.
9 A tin	12 Benedictæ virginis	Pri. id. Nou.
17 b Bric	13 Briccij. Solin Sagit.	Idibus Nou.
c ci	14 Serapidis martyris	18. cal. Dec.
6 d i	15 Serapiæ virginis	17. cal. Dec.
e que	16 Otmari & Emundi	16. cal. Dec.
14 f Post	17 Amandi episcopi	15. cal. Dec.
3 g hæc	18 Eritij militis & mart.	14. cal. Dec.
A E	19 Elisabeth Landgra.	13. cal. Dec.
11 b li	20 Pontiani papæ	12. cal. Dec.
19 c za	21 Præsentatio Mariæ	11. cal. Dec.
d ce	22 Ceciliæ virginis	10. cal. Dec.
e Cle	23 Clementis papæ	9. calen. Dec.
8 f Cryf	24 Chrysogoni martyris	8. calen. Dec.
16 g Ca	25 Catharinæ virginis	7. calen. Dec.
5 A tha	26 Conradi episcopi	6. calen. Dec.
b ri	27 Agricolæ & Vitalis	5. calen. Dec.
13 c na	28 Pipini & Mansueti	4. calen. Dec.
2 d Sat	29 Saturnini & Chrysant.	3. calen. Dec.
10 e An	30 Andree Apostoli	Pri. cal. Dec.

B

DECEMBER habet dies XXXI,

Luna vero habet XXX.

Nox habet horas 16, dies 8.

f	De	1 Eligij episcopi	Calen. Dec.
18	g cem	2 Iuuinianæ virginis	4. non. Dec.
7	Aber	3 Athlæ virginis	3. non. Dec.
	b Bar	4 Barbaræ virg. mart.	Pri. no. Dec.
15	c ba	5 Crispinæ virginis	Nonis Dec.
4	d N	6 Nicolai episcopi	8. idus Dec.
	e col	7 Agathonis martyris	7. idus Dec.
12	f Con	8 Concept. Mariæ virg.	6. idus Dec.
	g cep	9 Ioachim ○	5. idus Dec.
2	A&c	10 Abundi diaconi	4. idus Dec.
9	b al	11 Damasi papæ	3. idus Dec.
	c ma	12 Epimachi & Alexij	Pri. id. Dec.
17	d Lu	13 Luciæ virg. & mart.	Idibus Dec.
6	e ci	14 Solstitium hyemale	19. cal. Ian.
	f a	15 Valeriani episcopi	18. cal. Ian.
14	g San	16 Ananiæ, Azariaæ, Misæ.	17. cal. Ian.
3	Actus	17 Adelheydis Imperat.	16. cal. Ian.
	b ab	18 Eunibaldi abbatis	15. cal. Ian.
11	c in	19 Nemesis martyris	14. cal. Ian.
	d de	20 Amonis & Zenonis	13. cal. Ian.
19	e Tho ²¹	Thomæ Apostoli	12. cal. Ian.
8	f mas	22 Cironis martyris	11. cal. Ian.
	g mo	23 Dagoberti regis	10. cal. Ian.
16	Ado	24 Gregorij episcopi	9. calen. Ian.
5	b Nat ²⁵	Natiuitas Domini	8. calen. Ian.
	c Ste ²⁶	Stephani Prothomart	7. calen. Ian.
13	d Io ²⁷	Ioannis Euangelista	6. calen. Ian.
2	e Pe ²⁸	Puerorum Innocent.	5. calen. Ian.
	f Tho ²⁹	Thomæ Cantuariensis	4. calen. Ian.
10	g mæ ³⁰	Dauid regis	3. calen. Ian.
	Syl ³¹	Sylvestri papæ	Pri. cal. Ian.

CAPITA
DOCTRINÆ
CHRISTIANÆ COM-
PENDIO TRADITA, VT

fit veluti parvus Catechismus Catholicon.

CAPVT PRIMVM.
DE FIDE ET SYMBOLO
FIDEL.

*Quis dicendus est Christianus atq;
Catholicus?*

VI Baptismatis Sacramento initiatus,
IESV Christi veri Dei
atq; hominis salutarem doctrinam in eius Ecclesia profitetur:
neq; festis vel opinionibus ullis ab Ecclesia Catholica alienis
adhæret.

Quibus de rebus primum docendi sunt Christiani?

B 2 De

INSTITUTIONES

De Fide, Spe, Charitate, Sa-
cramentis & officijs iustitiae
Christianæ.

Quid est Fides?

Donum Dei ac lumen, quo
illustratus homo firmiter affi-
titur omnibus quæ Deus reue-
lavit, & nobis per Ecclesiā cre-
denda proposuit: siue scripta il-
la sint, siue non sint.

*Quæ summa est fidei seu omnium
credendorum?*

Ephes. 2. Symbolum Apostolorum, in
Heb. 11. duodecim distinctū articulos.

Qui sunt illi duodecim Articuli?

Hi videlicet.

I. Credo in Deum patrem omni-
potentem, Creatorem cœli
& terræ.

II. Et in I E S V M Christum filium
eius unicum, Dominum no-
strum.

III. Qui cōceptus est de Spiritu san-
cto, natus ex MARIA virgine.

Passus

PIETATIS. 3

- Passus sub Pontio Pilato, cruci- III.
fixus, mortuus, & sepultus.
Descendit ad inferos, terria die V.
resurrexit à mortuis.
Ascendit ad cœlos, sedet ad de- VI.
xteram Dei Patris omnipo-
tentis.
Vnde venturus est iudicare vi- VII.
uos & mortuos.
Credo in Spiritum sanctum. VIII.
Sanctam Ecclesiam Catholicā, IX.
Sanctorum communionem.
Remissionem peccatorum. X.
Carnis resurrectionem. XI.
Et vitam æternam, AMEN. XII.
Quid sibi vult primus Symboli ar-
ticulus, Credo in Deum
Patrem?

Ostendit primam in Deitate
personam, Patrem scilicet cœ- Genes. 1.
lestem & æternum, cui nihil fa- Psal. 148.
ctu impossibile sit vel diffici-
le, qui cœlum & terram, visibi-
lia simul et inuisibilia cuncta ex Iosua. 5.

B 3 nihilo

INSTITUTIONES

nihilo produxerit, & producta
vñq; cōseruat, & gubernat sum-
ma bonitate & sapientia.

*Quid verò secundus articulus,
Et in Iesum Christum filium eius?*

Matt. 16. Commonstrat secundam in
Coloss. 1. Deitate personam, Iesum Chri-
Hebre. 1. stum scilicet filium Dei natura-
Psal. 2. lem, vñscū illum, ab æterno ge-
& 109. Luc. 1. nitum, & Patri consubstantia-
Act. 10. Act. 10. Iem, Dominum ac redempto-
rem nostrum, vt qui nos perdi-
tos liberabit.

*Quid porrò tertius,
Qui conceptus est de Spiritu sancto?*

Hebr. 1. Mysterium proponit Domi-
Luc. 1. nicæ incarnationis. Quia idem
Ioan. 1. Dei filius de cœlis descendēs, hu-
Philip. 2. manam naturam assumpsit: sed
Luc. 1. modò singulari prorsus, vt qui
Ezai. 7. Matth. 1. cōceptus fuit sine Patre, ex vir-
tute Spiritus sancti, & natus ex
Maria virginie illibata.

Quid

PIETATIS.

3

Quid verò quartus, sibi multo
Passus sub Pontio Pilato?

Mysteriū tractat redemptio- Ezai. 53.
nis humanæ: nam idem verus Matt. 20.
Dei filius secundum humanā & 27.
illam naturā allumptā extrema Ioan. 1.
verè passus est pro nobis & pec-
catoribus omnibus redimēdis.
Vnde licet agnus esset sine ma-
culā, tamen sub Pontio Preſide
in crucē suffixus, in cruce mor-
tuus, & deinde sepultus fuit.

Quid autem quintus, sibi multo

Descendit ad inferos?

Mysteriū resurrectionis Chri- Matt. 28.
sti complectitur, qui secundum Chrys.
animā quidem Patris ē limbo Luc. 24.
liberaturus descendit: tertio Ephes. 14
verò post mortem die, resum- 2. Cor. 15
pto corpore, vi propria factus
est rediuius. Lab. S. Ignat. Iren.

Quid sextus articulus, sibi multo

Ascendit ad cœlos?

Mysterium affert gloriosæ Marc. 16.

Gr̄e ḡoſtīm̄m̄p̄k̄ ascen-

INSTITUTIONES

Luc. 14. ascensionis Christi, ut qui post
Act. 1. expletum redemptionis nostræ
Ephes. 4. opus, ad Patrem trásiuit ex hoc
Philip. 2. mundo, & cœlos sua virtute
Hebr. 1. Triumphator ascendit, atque in
ipsa æterna Patris gloria iuper
omnia est collocatus.

Quid septimus,

Inde venturus est iudicare?

Matt. 16. Demonstrat extremū iudi-
& 25. cij diem, quando Christus hu-
1. Thes. 4 mana in carne visibilis rursus
Psal. 16. de cœlo descendet, ac tremen-
Matt. 16. dum aget iudicem omniū pro-
Rom. 2. borum ac improborum, & red-
det vnicuique secundūm opera
cius.

Quid verò octauus,

Credo in Spiritum sanctum?

Ioan. 7. Exhibit tertia in Trinitate per-
Athana. sonam Spiritum sanctum, qui
in Symb. ex Patre Filioq; procedes, unus
verus æternusq; Deus est & re-
gnat cum Patre & Filio, & pro-
inde

inde cum vtroq; simul adora-
tur & conglorificatur.

*Quid nonus articulus,
Sanctam Ecclesiam catholicam?*

De Ecclesia docet quatuor
nobis esse credenda: Primùm, I.
Ecclesiam esse vnam, nimirum Cantic. 4
in uno spiritu Christi Iesu, in Ephes. 4.
una fide, fidei q; & sacramento-
rum doctrina, in uno capite ac
rectore vniuersalis Ecclesiæ, vi-
cario Christi scilicet ac diui Petri
successore. Secundò, hanc II.
ipsam sanctam esse, quia tum à Ephes. 6.
Christo capite & sposo suo, 1. Cor. 6.
cui per fidē & Sacra menta cō- Ioan. 14.
iungitur, sanctificatur: tum à & 16.
Spiritu sancto perpetuò guber-
natur. Tertiò, eandem esse Ca- III.
tholicam seu vniuersalem, quia Matt. 28.
toto orbe diffusa, Christi fide- Marc. 16.
les omnes omnium temporum
comprehendit. Quartò & po- III.
stremò, in hac ipsa Ecclesia Luc. 24.

C Com-

INSTITUTIONES

Act. 1. **Communionē esse Sanctorum,**
Ephes. 4. puta non eorum solum, qui in
Psal. 118. terris credentes peregrinantur,
verum etiam qui carnis mortali-
tate exuti vel regnāt in cœlo,
vel illic regnaturi, in igne pur-
gatorio suorum peccatorū for-
Rom. 12. dibus expiantur. Qui quidem
1. Cor. 12. veluti vniuersi corporis membra
se in uicem iuuant mutuis offi-
cijs, meritis, orationibus, & sa-
croſancti Misse sacrificij, Sacra-
mentorumque Ecclesiæ virtute
participant.

*Quid porrò decimus,
Remissionem peccatorum?*

Luc. 24. Offert præsentem Dei gra-
Ezech. 12. tiam peccatoribus omnibus,
ne quis de venia peccatorum
suorum consequenda vñquam
desperet, modo in ecclesia per-
Ioh. 20. feuerent Catholica, & ritè eius.
Act. 2. dem Sacramentis vtatur.

Quid

*Quid autem undecimus,
Carnis resurrectionem?*

Mortuos omnes ad vitam Iob 19.
excitandos asserit, & nouissi- 1. Cor. 15
mum iudicij diem confirmat: Ioan. 5.
nam ante Christi tribunal in Dan. 12.
carne rediuiui omnes appare-
bimus, vt recipiat unusquisq.; Matt. 25.
prout gessit in suo corpore, siue 2. Cor. 5.
bonum, siue malum.

*Quid demum postremus,
Et vitam æternam?*

Fidei & virtutis Christianæ Matt. 25.
præmium beatam immortalis Matth. 7.
tatem ostēdit, vt certò sciamus, & 19.
post hāc vitam superesse aliam
longè diuersam, vereque secu-
ram, beatam ac sempiternam,
quæ credentibus & obtempe-
rantibus Christo destinata sit.

*Quæ est summa omnium symbo-
li articulorum?*

Corde & ore confiteor Do-
C 2 minum

INSTITUTIONES

minum Deum , quo nihil aut maius, aut sapientius , aut melius potest excogitari, eum & vnum in essentia seu natura di-

1.Ioan.5. unum, & trinum in personis esse, utpote Patrem , & Filium , & Spiritum sanctum: ita ut hi tres vnum sint, unus verus, aeternus, immensus & incomprehensibilis

Rom.18. Deus : ex quo, per quem, & in quo sunt omnia. Pater est conditor universorum ; Filius redemptor hominum ; Spiritus sanctus Ecclesiae seu Christi fidelium sanctificator & rector. Igitur huic sanctissimae & individuæ Trinitati respondet symboli tres partes principuae : prima, quæ de creatione est, Patri: secunda, quæ de redemptione, Filio: tertia, quæ de sanctificatione, Spiritui sancto accommodatur.

Quid est Ecclesia?

missio

Est

Est omnium Christi fidem 1. Cor. 12
atque doctrinam profitentium 1. Pet. 5.
congregatio, quæ sub vno & ^{Ioan. 21.}
summo post Christum capite ^{Matt. 16.}
& pastore in terris gubernatur. ^{Concil.}
^{Florent.}

Qui ab Ecclesia prorsus alieni sunt?

Primum Iudæi & infideles
omnes atq; à fide apostolatæ, de-
inde heretici, iij scilicet, qui cùm
baptizati sint, contra Catholi-
cam fidem cum pertinacia tué-
tur errorem. Præterea Schisma-
tici, qui à pace & unitate Ca- ^{Matt. 18.}
tholica ipsi se segregat. Postre-
mò qui à cōmunione Sancto-
rum, à participatione Sacramé-
torum, & ab ecclesiæ suffragijs,
diuinisq; officijs per Ecclesia-
sticam potestatem legitimè ex-
cluduntur: vnde excommu-
nicati dicuntur: Qui omnes à
Christi corpore, quod est Ec-
clesia, seiūcti & alieni sunt, pro-

C 3 inde

INSTITUTIONES

indeq; spiritualis vitæ ac salutis expertes manent, Sathanæ mortiique perpetuæ, nisi resipiscant, obnoxij. Ac vitandi quidem illi omnes Catholicis, sed in primis hæretici & schismati ci, nō minus quam pestes quedam exitiales, fugiendi ac exercitandi sunt.

Quæ demum est simplex, breuis & recta fidei regula, qua Catholici ab hæreticis discernuntur?

Ea est, Christi fidem atque Ecclesiæ autoritatem integrā profiteri, illudq; ratum ac fixū tenere oportere, quod Ecclesiæ Catholicæ pastores atq; doctores credendum definierint. Ce-

Matt, v8. terūm si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi, inquit Christus ipse, sicut ethnicus & publicanus. Non enim habebit Deum Patrem, qui Ecclesiam noluerit habere Matrem.

CAPVT

CAPUT SECUNDUM.

De Spe & oratione Dominica.

Quid est Spes?

Virtus est diuinitus infusa, per Rom. 5.
quā certa cū fiducia nostræ sa- & 8.
lutis & æternæ vitæ bona expe- Petr. 1.
stantur.

*Vnde modum rectè sperandi et
petendi discimus?*

Ex oratione Dominica quā Matt. 16:
Christus ipse Dominus & Ma- Luc. 21,
gister noster ore suo sacrosan-
cto tradidit & præscripsit.

*Recita per partes orationem
Dominicam.*

Prima petitio.

Pater noster qui es in cœlis,
Sanctificetur nomen tuum.

Secunda.

Adueniat regnum tuum.

Tertia.

C 4 Fiat

INSTITUTIONES

Fiat voluntas tua sicut in cœlo
& in terra.

Quarta.

Panem nostrum quotidianum
da nobis hodie.

Quinta.

Et dimitte nobis debita nostra,
sicut & nos dimittimus de-
bitoribus nostris.

Sexta.

Et ne nos inducas in tentatio-
nem.

Septima.

Sed libera nos à malo, Amen.

*Quid sibi vult initium huius ora-
tionis, Pater noster qui es
in cælis?*

Rom. 8. Præfatiuncula est, quæ nos
Galat. 4. memores reddit summi benefi-
Ephes. 1. cij, quo Deus Pater per Christū
nos sibi in filios adoptuos &
hæredes cooptauit. Atque hoc
dulci patris nomine prouoca-
mur,

mur, cùm ad redamádum, tūm
ad precandum magna cum fi-
ducia.

*Quid explicat prima petitio,
Sanctificetur nomen tuum?*

Proborum filiorum iustum
& liberale desiderium, hi petút
semper & vbiique in se alijsq;
promoueri cognitionem, timo-
rem, honorem, amorem, & cul-
tum æternæ maiestatis, & quic-
quid demum ad summi opti-
miq; Patris gloriam spestat.

*Quid secunda petitione agimus,
Adueniat regnum tuum? -*

Petimus gloriam regni cœ-
lestis, æternæq; felicitatis nobis
donari, vt citò cum Christo in
sempiternum regnemus.

Quid tertia, Fiat voluntas tua?

Petimus diuinę gratię nobis Rom. 8.
opem adesse, vt Patris volunta- Matt. 25.

INSTITUTIONES

tem in terra , sicut beati omnes
in cœlo faciunt, sincerè, alacri-
ter & cōstanter adimpleamus.

*Quid quarta, Panem nostrum quoti-
dianum da nobis hodie?*

1. Tim. 6. Petimus suppeditari nobis,
Prou. 30. quæ ad vitam siue corporis, siue
Matth. 4. animi fouendam & sustentan-
Ioan. 6. dam spectant, ut viatum & ve-
stitum, verbum Dei, & Ecclesiarum
Sacramenta.

*Quid quinta, Et dimitte nobis
debita nostra?*

Petimus veniam ac remissio-
nem peccatorum, parati vici-
sim remittere, quod in nos alij
peccauerint.

*Quid penultima,
Et ne nos inducas in temptationem?*

Petimus in hac tanta vitæ im-
becillitate, diuina virtute fulci-
ri, atq; aduersus Mundū, Car-
nem, Dæmonemq; defendi, ne
quo-

PIETATIS.

9

quocunq; modo tētationi suc-
cumbentes, peccato consentia-
mus.

*Quid septima et postrema petitione,
Sed libera nos à malo?*

Petimus Dei benignitatem,
qua ipse nos liberet, & vindicet
à miseria tum corporis, tū ani-
mi, siue in hac vita, quoad saluti
nostræ congruit, siue in futura.
Et additur *Amen*, hoc est, fiat,
siue fiet, ut spem desideriumque
monstremus accipiendi ea, quæ
septem his petitionibus conti-
nentur.

*Quæ summa est priorum orationis
huius petitionum?*

Priores quatuor ostendunt,
quæ h̄ic bona sperare ac petere
debeamus: Inter quæ primum
ac summum est, diuinæ Maie-
statis honor & gloria: Proxi-
mum, nostra felicitas: huic ac-
cedit Deo debita obedientia:
Postre-

INSTITUTIONES

Postremū est, corpori animaq; sustētatio necessaria. Hæc summatim continentur prioribus quatuor.

Quæ summa est reliquarum petitionum?

Tres posteriores continent mala, quæ deprecari debeamus: ut sunt peccata quæ nobis Dei regnum præcludunt, tum tentationes, quæ, nisi ope diuina protegamus, sua vi ad peccandum nos pertrahunt: ac postremò huius ac futuræ vitæ calamitates. Docet igitur Dominicæ precatio simul & bona petere, & mala deprecari.

Quomodo salutationem Angelicam recitas Virgini Matri?

Luc, 1. *Aue MARIA gratia plena,
Dominus tecū , benedicta tu in
mulieribus, & benedictus fru-
etus ventris tui I E S V S. Sancta
Maria*

Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ, Amen.

Vnde hic modus Deiparari virginem salutandi profluxit?

Primum ab exemplo Angeli Gabrielis, & sanctæ Elizabethæ: deinde ex usu ipso, et consensu Ecclesiæ Catholicæ.

Quem verò fructum adfert hæc salutatio?

Sacrosanctæ Virginis & Dominicæ incarnationis gratam, & aquæ salutarem nobis reficit memoriā; ac præterea monet, ut gratiosæ Virginis fauorem, atque apud Deum intercessionem nobis conciliemus.

Quid discimus ex hac salutatione?

Eximias dotes ac laudes incomparabilis virginis, ut quod Dei donis ac virtutibus amplissimis referta, quod eadem virgo & mater, quod inter omnes omnium

INSTITUTIONES

omnium temporum mulieres
benedicta, quod Regis Regum
Christi Dei et Domini nostri patres,
ac perinde inuentrix gratiae, ac
genitrix vitae nobis extitit.

CAPUT TERTIVM.

De Charitate & Decalogo.

Quid est Charitas?

Matt. 22.
Luc. 10. **I**nfusa à Deo virtus, qua Deus
propter se diligitur, proximus aut propter Deum.

Quot sunt Charitatis præcepta?

Deut. 6.
Matt. 22. **D**uo principalia, Diliges Dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis. Hoc est primum & maximum mandatum; secundum verò simile huic: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his præceptis vniuersa lex pendet, & Prophetæ.

INNUNCIATIONE

Quo

PIETATIS.

11

*Quo indicio se prodit Charitas
erga Deum?*

Si eius obserues mandata. 1. Ioan. 5.

*Hæc est enim Charitas Dei, vt
mandata eius custodiamus, &c
mandata eius grauia non sunt.*

*Et Christus ipse docet: Qui ha- Ioan. 14.
bet mandata mea, & seruat ea,
ille est qui diligit me.*

*Quomodo se prodit & agnoscitur
Charitas erga proximum?*

*Charitas patiens est, benigna. 1. Cor. 13.
est, Charitas non æmulatur, nō Philip. 3.
agit perperam, non inflatur, nō
est ambitiosa, non querit quæ
sua sunt, non irritatur, nō cogi-
tat malum, non gaudet super
iniquitate, congaudet autē ve-
ritati: Omnia suffert, omnia cre-
dit, omnia sperat, oīa sustinet.*

*Cur præcepta Decalogi decem
proponuntur?*

*Et si duo sunt Charitatís pce-
pta, in quibus plenitudo legis
veria-*

INSTITUTIONES

versatur; tamen præcepta Decalogi idcirco adiiciuntur, ut perspicuè magis omnes intelligent, quæ ad Charitatem tum Deo, tum proximo exhibendam pertinent.

Quæ sunt præcepta Decalogi?

- I. Ego sum Dominus D E V S tuus. Non habebis Deos alienos coram me: non facies tibi sculptile, ut adores illud.
- II. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum: Nec enim insontē habebit Dominus eū, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.
- III. Memento ut diem sabbati sanctifices.
- IV. Honora patrem tuū & matrem tuām, ut sis longaeuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
- V. Non occides.
- VI. Non mœchaberis.

Non

VII. Non furtum facies.

VIII. Non loquēris cōtra proximum tuum falsum testimoniūm.

IX. Non concupisces uxorem proximi tui.

X. Non domum, non agrū, non seruum, non ancillam, nō bouem, non asinum & vniuersa quæ illius sunt.

*Quid sibi vult primum præceptum,
Non habebis Deos alienos?*

Prohibet ac damnat idolatriam, seu cultum falsorum Deorum, artem magicam vel diuinatoriā, obseruationes superstitiosas, omnem deniq; cultum impium: E diuerso autem requirit, vt vnum Deum Opt. Max. credamus, colamus, & inuocemus.

Exod. 23.

Deut. 18.

& 19.

Eccle. 34.

Licetne Sanctos colere & inuocare?

D Licet

INSTITUTIONES

Damasc.
li. 4. c. 16
Ioan. 15.

Licet, non ad eum quidem modum, quo iubemur Deum colere & inuocare tanquam creatorem & redemptorem, & largitorem bonorum omniū: at lōgē inferiore gradu, nimirum veluti dilectissimos Dei amicos, nostrosque apud ipsum intercessores, & patronos.

Hūicne præcepto aduersatur usus imaginum Christi ac Sanctorum?

Damasc.
lib. 4.

Nequaquam: quia præcepto huic, Non facies tibi sculptile, causa mox additur, ut adores illud, videlicet ethnicorū more, qui falsorum Deorum statuunt simulachra, & idola sua impiè colunt: Nos autem in imaginibus Christum & Sanctos quos repræsentant, pio à maioribus tradito more veneramur.

Greg. li.
6. epist.
Synod.
Nice.

Quid

Quid secundum prohibet, Non as-
fumes nomen Dei tui in vanū?

Vetat abusum diuini nomi-
 nis & irreuerentiam, quæ com-
 mittitur à perjuris, blasphemis,
 per Deum, Sanctos vel crea-
 turam aliquam, absque graui
 causa, veritate ac reuerentia iu-
 rantibus.

Leuit. 9.
 Eccle. 23.
 Hier. 14.
 Matt. 5.

Quid imperat tertium præceptum,
Memento ut diem Sabbati
sanc*tifices?*

Vult Sabbathum, seu diem fe- Leuit. 23.
 stū in Ecclesia pijs operibus ce- Hier. 17.
 lebrari: quod sit adeundo tem- Num. 15.
 plum, & audiendo missam. La-
 borare autem hoc tempore, &
 occupationibus deditum esse
 seruilibus, planè interdicit.

Quid iniungit quartum,
Honora patrem & matrem?

Vt his qui secundum Deum Ephes. 6.
 vitæ nostræ sunt auctores, reue- Colos. 1.
 xentiā, obedientiā opemq; præ-

D 2 Itemus,

INSTITUTIONES

præstemus, ac omni demum
officij genere illis ipsis satisfa-
Rom. 13. ciamus. Deinde iubet; ut ma-
Hebr. 13. gistratus cum ciuiles, tum Ec-
1. Pet. 2. clesiasticos, parentum & maio-
rum loco habeamus, illorum
dicto lubentes pareamus, & re-
uereamur potestatem, atq; au-
toritatem.

*Qua ratione potestatem & auctori-
tatem Ecclesiasticam reuere-
bimur?*

Videlicet, si sacris et oecume-
niticis Concilijs, si receptis A-
postolorum ac patrum institu-
tis ac decretis, si probatis majo-
rum consuetudinibus, denique
si summis Ecclesiæ pastoribus
ac pôtificibus tribuerimus quâ
singularem illis debemus ob-
seruantiam obedientiamque.
Vbi vel maximè peccant, qui
cultum diuinum & sanctiones,
cæmoniasque Ecclesiasticas
con-

conuellunt atq; cōntemerant;
tum qui Synodis & Pontifici-
bus obtrectant, ac in sacerdo-
tum iura & templa inuolant,
sacra profanantes.

*Quid sibi vult quintum præceptum,
Non occides?*

Prohibet vim externam, cæ- Matth. 3.
dem & iniuriam omnem, quæ Deut. 5.
corpori & vitæ proximi adferri
possit. Ad hæc iram, odiū, ran-
corem, indignationē, & quoſ-
uis affectus ad proximi læſio-
nem quoquis modo ſpectantes
excludit & penitus reſecat.

*Quid vetat sextum, Non mæ-
chaberis?*

Fornicationem, adulterium 1. Cor. 6.
& obſcœnos illegitimosq; cō- Matth. 5.
cubitus, tum quicquid hone- Ephes. 5.
ſati, verecūdix & ingenuo pu- 2. Thes. 4
dori aduersatur. Nam et qui vi- Hebr. 13.
derit mulierem ad cōcupiſcen-

D 3 dām

INSTITUTIONES

dam eam, iam mœchatus est in
corde suo.

*Quid præcepto septimo cauetur,
Non furtum facies?*

Omnis rei alienæ illicita cō-
trectatio & usurpatio: vt fit in
furto, rapina, usura, lucris iniu-
stis, dolis malis, & iniquis con-
tractibus, demùm quibusuis
commutationibus & distribu-
tionibus, quib. Christiana Cha-
ritas læditur, & proximus cir-
cumuenitur.

*Quid in octavo agitur,
Non loquēris contra proximum
falsum testimonium?*

Exod. 13 Interdicitur testimonium
Ephes. 4. falsum, mendacium & omnis
Jacob. 4. linguae contra proximum ab-
1. Pet. 2. usus: vt est in scurrionibus, de-
tractoribus, maledicis, adulata-
toribus, mendacibus ac periu-
lisi.

Quid

*Quid postrema duo præcepta,
Non concupisces uxorem, nec
rem proximi?*

Vetat concupiscentiam v.^o Matt. 5.^o
xoris, ac rei alienæ: quoniam Deut. 5.^o
quod alienum est, haud solum 1. Thes. 4.^o
iniuste & pro libidine nostra
occupare non licet, sed ne vo-
luntate quidem ad illud appe-
tendum ferri debemus: ita ut
nostris rebus contenti absque
omni inuidia, æmulatione &
cupiditate viuamus.

*Quæ summa, quæ finis præce-
ptorum Decalogi?*

Nimirum, ut Deus & proximus syncerè diligatur; cuius rei Exod. 20.^o
symbolum fuit in duas tabulas decalogi à Deo facta distinctio.
In priore quidem tabula tria docentur, quæ ad Charitatem Dei: in secunda vero septem, quæ ad dilectionem proximi spectant, explicantur.

Quæ

INSTITUTIONES

*Qua ratione præcepta primæ tabulae
Charitatem Dei edocent?*

Quoniam tollunt & prohibent vitia cultui honoriq; Dei maximè contraria, idololatriā, apostasiam, hæresim, periuriū, superstitiones: admonent au-

Ephes. 4. tem verum purumq; Dei cultum corde, ore ac opere fideliter exhibendum esse: quod vbi fit, vtiq; solus verus Deus cultu latrīx colitur & adoratur.

*Quomodo præcepta secundæ tabulae
Charitatem proximi explicant?*

Eo ipso, quod nostrum erga proximū officium ordine compleuntur: videlicet ut non solum maiores honoremus, sed

1. Cor. 13 etiam opere, verbis ac voluntate prodesse omnibus, & no-

ccere nemini studeamus, siue corpus proximi, siue persona iuncta coniugio, siue bona fortunæ considerentur.

Quæ

Quæ summa est præceptorum de proximo diligendo?

Hæc ipsa nimirum, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Matth. 7.
Omnia verò quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & Prophetæ.

Suntne præter Decalogum alias præcepta?

Sunt vtique, nec solùm vt liter illa, verùm etiam necessariò obseruanda: præsertim Ecclesiæ præcepta, cui veluti sanctissimæ matris, sponsaq; Christi aures & mentes præbere Catholici filij omnes debemus. Matt. 13.
& 23.
Prou. 1.

Quot sunt præcepta Ecclesiæ?

Præcipua quinque numerantur.

I.

Statutos Ecclesiæ festos dies Concil. celebrato. Lugdun,

II.

E Sacrum

INSTITUTIONES

Concil. Sacrum missæ officium diebus festis reuerenter audito.
Agathē.

III.

Can. A. Indicta certis diebus ieiunia, & à quibusdam cibis abstinentiam obseruato.
post. 68.

IV.

Concil. Peccata tua sacerdoti p̄prio,
Gāgren. aut alteri cum eius facultate,
Concil. singulis annis confitetur.

Later.

V.

Ibidem, Sacrosanctam Eucharistiā, ut minimū semel in anno, idq;
circa festum Paschæ, sumito.
Quem fructum affert horum obseruatio præceptorum?

Hæc atq; id genus alia Ecclesiæ tum instituta, tum præcepta primū fidem, humilitatem et obedientiam Christianā exercent: deinde cultum diuinum, honestam disciplinā & publicam tranquillitatem alunt, conservant & ornant, eoq; mirificè confe-

conferunt, ut decenter & ordi-
ne cuncta in Ecclesia peragan- 1. Cor. 14
tur, præterquam quod æternam
vitam meremur, si illa ex chari-
tate obseruemus.

CAPVT QVARTVM.

De Sacramentis.

Quid est Sacmentum?

Est inuisibilis gratiæ signum Aug. li. 3.
visible ad nostrā sanctifica- de doct.
tionē diuinitus institutū. Aliud Christ. &
est enim quod in sacramēto vi- Catech.
demus, aliud quod in eo accipi- rud.
mus: signum videmus externū; Amb. li.
occultam verò & spiritualem 4. de Sa-
gratiam, quæ res dicitur sacra- cram.
menti, accipimus.

Quot sunt Sacmenta?

Septem, quæ à Christo Do- Coneil.
mino instituta, ab Apostolis tra Florent.
dita, & in Ecclesia Catholica & Later.
semper conseruata ad nos vñ- Concil.
que peruererunt. Sunt autem Florent.
Constan.

E 2 hæc, & Trid.

INSTITUTIONES

hæc, Baptismus, Confirmatio,
Eucharistia, Pœnitentia, Extre-
mo vñctio, Ordo, Matrimo-
nium.

*Quare Sacra menta veneranda,
& summa in pretio ha-
benda sunt?*

Concil. Primùm quidē, quia à Deo
Florent. & Christo Domino in lege no-
ua instituta : deinde, quia gra-
tiam D E I nobis necessariam,
eamque uberrimam non mo-
dò significant, verūmetiam ceu
vasa quædam sacra diuini spi-
ritus continent, & ritè suscipi-
entibus conferunt: adhæc, quo-
niā aduersus peccatū præsen-
tissima sunt remedia, seu diui-
na medicamenta nostri Sama-
ritani: postremò, quia bonis gra-
tiam habentibus, eā ipsam con-
seruant, augent, amplificant.
*Cur Sacramentis cæromoniæ solen-
nes & Ecclesiasticae adhibentur?*

Multis

Multis profectò & grauibus
de causis; Primùm, vt Sacra-
mentorum administrationem
spectantes admoneantur nihil
hīc prophanū, sed arcana quæ-
dam, & diuinis plena mysterijs
geri, quæ singularem reueren-
tiam exigant: Deinde, vt ad Sa-
cramenta ipsa accedētibus cul-
tum promoueant interiorem,
quem Deus præcipue postulat,
& cuius veluti signa, testimo-
nia & exercitia sīnt cæremoniæ.
Præterea, vt Sacramenta
ministrātes maiori cum digni-
tate & fructu munus suum ob-
eant, dum veteris Ecclesiæ insti-
tutis, sanctorumq; patrum ve-
stigijs fide iter inhærent. Con-
stat etenim huiusmodi cære-
monias plerasq; inde à tempo-
ribus Apostolorum, per conti-
nuam successionem ad nos us-
que in ecclesia perseuerasse. His

E 3 de-

INSTITUTIONES

demum retinetur honesta religiosaq; disciplina, his fouetur publica tranquillitas, quæ sœpe rituum externorum aut immutatione, aut innouatione graui-ter interturbatur.

Quid est Baptismus?

Ioan. 3. Primum maximeq; necessa-
Ad Tit. 3. rium legis nouę sacramentum,
Rom 6. quod semel in aqua confertur,
Galat. 3. quo spiritualiter renascimur, et
peccatorum plena remissione
percepta, in filios Dei adopta-
mur, heredesq; vite cœlestis ad-
scribimur.

Quid est Confirmatio?

Act. 8.
& 19.
Concil.
Florent.
Aurelia.
Melden. Est baptizatis collatum ab
Episcopo sacramentū, in quo
per sanctum Chrisma, & verba
sacrosancta confertur gratia, &
robur spiritus additur, tum ad
firmiter credēdum, tum ad no-
men Domini, quando sic est o-
pus, liberè confitendum.

Quo

*Quot sunt præcipua de Eucharistia
doctrina Capita scitu necessaria?*

Quinque: Primum est eius
veritas: Alterum est panis &
vini in Christi corpus & san-
guinem conuersio: Tertium,
adoratio debita: Quartum, eius
oblatio: Quintum & postres-
sum, eiusdem sacramenti sum-
ptio.

*Quæ est veritas sacramenti Eu-
charistia?*

Nimirum hæc, Christum ve-
rum Deum ac hominē verè ac
integre in hoc Sacramento cō-
tineri, et nobis adesse, vbi sacer-
dos ritè ordinatus panem et vi-
num verbis illis arcanis & à
Christo traditis consecrari.

*Quæ fit conuersio per verba illa,
quibus hoc Sacramentum sa-
cerdos consecrat?*

Ea, ut per ipsa verba operan-
te Christo, panis & vinum in

E 4 cor-

Matt. 26.

Mar. 14.

Luc. 22.

Ioan. 6.

1. Cor. 10

& 11.

Concil.

Lateran.

Ephesin.

Cóstan.

INSTITUTIONES

Matt. 26. corpus & sanguinem Domini-
& loca iā cum conuertantur, ac transsub-
citata su-stantientur, atque ita panis &
perius. vinum esse desinant in Eucha-
ristia.

*Quæ Sacramento huic debetur
adoratio?*

Matth. 4. Eadem sanè, quæ Christo do-
Apoc. 14. mino ac æterno Deo debetur,
Psal. 98. quippe quem illic præsentem
Hebr. 1. agnoscimus. Ideoquæ religioso
cū corporis, tū animi cultu,
ut par est, hoc Sacramentum
suplices veneramur.

*Quare censetur hoc Sacra-
mentum oblatio?*

Malac. 1. Quia est legis nouæ Sacrifi-
Dan. 12. cium & oblatio munda, cruen-
Psal. 109 tis legis Iudaicæ sacrificijs in-
1. Cor. 10 cruenta succedens, quæ pro vi-
Can A- uis ac defunctis Christi fideli-
postol. 3. bus in Missa offertur ac celebra-
& 8. tur. Vnde fit, vt Eucharistia nō
solùm à fideli populo sumatur.
sed

sed etiam pro peccatis à Sacer- Cō. Nic.
dotibus ad Dominicæ passio- & Ephes.
nis ac mortis continuam com- Matt. 26.
memorationem quotidie im- Hebr. 5.
moletur, semperq; oblata fue-
rit in Ecclesia Dei.

*Quid in Sacramenti huius sum-
ptione seruandum?*

Quod fides et auctoritas san- Con. Cō.
ctæ matris Ecclesiæ docet, vide- stant. &
licet, Christiano laico sat esse, Basil.
sub vna specie panis totū Chri- Luc. 24.
stum accipere: & ex hac sum- Act. 2.
ptione consequi, ut qui non in- & 10.
dignè accesserit, ingentem Dei Chryso
stom⁹ in gratiam, ac æternam quoq; vi- Matth.
tam obtineat, qui verus ac inte- Theoph.
ger Sacramenti huius fructus Beda.
existit: eoque fit efficacior, quò
sæpius sacra & salutaris illa cō-
munio dignè iteratur.

Quid est pænitentia?

Est secunda post naufragiū Ioan. 20.
tabula, & necessarium relapsis Jacob. 5.

E 5 Sa-

INSTITUTIONES

Concil. Sacramentum, in quo remissio
Florent. peccatorum & à reis petitur, &
à sacerdotibus tribuitur.

Quot sunt partes & actiones pœnitentia?

Psal. 50. Tres, contritio, vel dolor ani-
mi peccata sua detestantis, et ad
vitam meliorem adspirantis.

Jaco. 5. Confessio, seu peccatorū suorū

Matth. 3. coram Sacerdote facta explica-
tio: et satisfactio deniq; seu vin-
dicta punitioq; criminum de se
ipso sumpta, ad prestandos fru-
ctus dignos pœnitentia.

Quid est extrema Vnctio?

Jaco. 5. Est sacramentum, quo egro-

Concil. ti per oleum sacrum & verba

Florent. Christi in magnis morbi mo-
lestijs relevantur, ut felicius ex
hoc mundo demigrent, & cor-
pora etiam, si ita expedit, sani-
tati restituantur.

Quid est Ordo?

Matth. 10. Est Sacramentum, quo sa-
cerdo-

cerdotibus alijsq; ministris Ec- 1. Tim. 3,
clesiæ potestas confertur ad Ec- Ad Tit. 3
clesiæ munia ritè decenter- Act. 13.
que obeunda.

Quid postremò est Matrimonii?

Sacramentū, quo vir & mu Genes. 2.
lier legitimè contrahentes, in Matt. 19.
diuiduam vitæ societatem in 1. Cor. 7.
eunt, gratiaque diuina donan Ephes. 5.
tur, tum vt soboles honestè
& Christianè suscipiatur ac e-
ducetur: tum vt fœdæ libidinis
& incōtinentiæ peccatum eui-
tetur.

*Estne inter Sacra menta di-
scrimen?*

Est sanè: Baptismus enim,
Cōfirmatio et Ordo semel col-
lata, nunquam iterantur, sicut
cætera. Item Baptismus necef-
sariò suscipitur ab omnibus,
Eucharistia à ratione vtenti-
bus, & à relapsis pœnitētia. Ar-
bitrium est autem vti reli-
quis,

INSTITUTIONES

quis, modò nullum contemnas, aut cùm illud sumēdi tempus est, negligas.

CAPVT QVINTVM.

De officijs Iustitiae Christianæ.

Quot sunt officia Iustitiae Christianæ?

Psal. 36.
1. Ioan. 3
Esai. 1.

HÆc duo, declina à malo siue peccato, & fac bonum siue officium Iustitiae.

Quā potest homo cauere peccatum, & bonum facere, seu praestare Iustitiam?

Ioan. 5.
2. Cor. 3.

Non id per se quidem, sed Christi gratia ac spiritu instrutus Christianus potest ac debet, quantum huius quidem vi-tæ status admittit, iuste vivere, & legem implere.

Luc. 1.
Rom. 8.
Tit. 3.

Quotuplex peccatum est?

Duplex, Originale, & A-Quale.

Quid

Quid est Originale?

Quod ab ortu nobis conge- Rom. 6.
nitum, per Baptismum in Chri- Act. 1.
sto condonatur.

Quid est Actuale?

Dictum, factum vel concu-
pitum contra, vel præter legem
Dei, aut Ecclesiæ.

Quotuplex Actuale?

Duplex: Mortale, sic dictū, Ephes. 8.
quia mortē animæ præsentem Iacob. 1.
ad fert: Anima enim quæ pec- Ezech. 18
cauerit, ipsa morietur. Et Ve-
niale, ut cui venia facile tribui-
tur, & sine quo ne iusti quidem
vivunt.

*Quibus gradibus ad peccatum
deducimur?*

His tribus: Suggestione, de- Prou. 11.
leßatione, consensu, seu deli- 1. Ioan. 1.
berata voluntate peccandi.

*Qui sunt supremi gradus pec-
cantium?*

Eorum, qui scientes ac pru-
dentes

INSTITUTIONES

dentes ex mera peccant mali-
tia, qui etiam de peccato ipso
gloriantur, & qui bene monen-
tibus obstrepuunt, ac salutaria
consilia prorsus contemnunt.

Quare peccatum fugiendum?

Ecce:

Psal. 5.

Rom. 2.

Rom. 6.

*Quia Dominum Deum of-
fendit, summum bonum eri-
pit, & summum affert malum
peccanti, dum diuinam tollit
fruitionem nunquā recuperan-
dam, & poenas ærumnasq; ho-
mini accersit sempiternas.*

Quæ dicuntur peccata capitalia?

*Illa, ex quibus, veluti capiti-
bus, & fontibus oīa alia pecca-
ta profiscuntur.*

Quot sunt peccata capitalia?

*Septem: Superbia, Auaritia,
Luxuria, Inuidia, Gula, Ira,
Acedia.*

*Qua ratione vitari & vinci hæc
peccata possunt?*

Si

Si Iesu Christi gratia coope- 1. Pet. 1.
remur, peccatorum damna &
pericula cōsiderantes, & virtu-
tes septem his peccatis contra-
rias exercentes.

*Quæ virtutes peccatis Capitali-
bus aduersantur?*

Hæ septem: Humilitas, Lar-
gitas, Castitas, Benignitas, Té-
perantia, Patientia, Deuotio,
seu sedula pietas.

*Quæ peccata in Spiritum sanctum
committi dicuntur?*

Ea quæ sua malitia sic diui- Matt. 12.
nam excludunt gratiam, ut ne-
que in hoc seculo, nisi agrè ad-
modum, neq; in futuro remit-
tantur.

*Quot sunt peccata in Spiritum
sanctum?*

Sex: Præsumptio de miseri-
cordia Dei, vel de impunitate
peccati, Desperatio, Agnitione ve-
ritatis impugnatio, Fraternæ
chari-

INSTITUTIONES

charitatis inuidentia, Obstina-
tio, & Impoenitentia.

*Quæ peccata in cælum clamare
dicuntur?*

Gen. 18. Quæ per se vehementer abo-
minanda sunt, & apertè huma-
næ charitatis iura violant, vnde
vindictam clamare prohibetur,
& horrendis sæpè modis in hac
vita diuinitus vindicantur.

*Quot sunt peccata in cælum
clamantia?*

Genes. 4. Hæc quatuor, Homicidium
& 18. voluntarium, peccatum Sodo-
Exod. 22 miticum, oppressio pauperum,
Jacob. 5. viduarum, atq; pupillorum; de-
mum merces operariorum de-
fraudata.

Quæ peccata dicuntur aliena?

Pſ. 18. Ea quæ ab alijs quidem cō-
mittūtur; sed nobis interim au-
toribus, vel quoquo modo ad-
iutoribus, aut saltem non im-
pedien-

pedientibus, ut idcirco nobis etiam imputentur.

Quot modis aliena peccata nobis imputantur?

Nouem his modis: Consilio, iuſſione, consensu, irritatione, laudatione ſeu adulacione, reticentia culpæ alienæ, cōniuentia vel indulgentia, rei alienæ participatione, & praua facti alieni defensione.

Quæ dicuntur opera carnis?

Ea, quæ homines secundūm carnem viuentes, & à Dei filijs spiritualibus degenerantes, committere solent.

Quæ sunt opera carnis?

Paulus ea recenset in hunc Galat. 5. modum: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt: Fornicatio, Immunditia, Impudicitia, Luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiae, contentiones,

F æmula-

INSTITUTIONES

æmulationes, rixæ, dissensiones,
sextæ, inuidiæ, homicidia, ebrie-
tates, commessationes, & his si-
milia, quæ prædico vobis, sicut
prædixi, quoniā qui talia agūt,
regnum Dei non consequen-
tur.

*Estne satis Christiano, malum fuge-
re, & à peccato declinare?*

Psal. 36. Nequaquam, sed præterea
Ezai. 1. bonum agere, & virtutes exer-
Rom. 12. cere necesse est. Alioqui scienti
Iacob. 4. bonum, & non facienti, pecca-
tum est illi.

Quid boni faciendū est Christiano?

1. Cor. 7. In genere quidem quicquid
Ephes. 4. boni lex naturalis, diuina vel
2. Cor. 6. humana præcipit vel ostendit.
Coloss. 2. In specie verò pro sua quisque
vocatione præstare officium, &
Matth. 3. acceptæ Dei gratiæ cooperari
& 7. cum gratiarum actione debet:
omnis enim arbor, quæ non fa-
cit

cit fructum bonum, excidetur
& in ignem mittetur.

*Quae sunt præcipua bonorum
operum genera?*

Ea quibus sobriè, iustè, pieq; Ad Tit. 2.
viuitur in hoc seculo, et per quæ 2. Cor. 7.
itidem iusti magis magisq; iu- Jacob. 2.
stificantur, & sancti in dies san- Apoc. 21.
tificantur.

*Quotuplicia sunt hæc operum
bonorum genera?*

Triplicia, vtpote Ieiunium, Matth. 6.
Eleemosyna seu Misericordia,
& Oratio, de quibus ita legi- Tob. 12.
mus: Bona est oratio cum ieu-
nio, & eleemosyna.

Quis est fructus bonorum operum?

Habent ea promissionem ac 1. Tim. 4.
mercedem huius ac æternæ vi- Matt. 20.
tæ, Deum placant, gratiam cō- Exod. 32.
seruant & augent, deniq; Chri- Ioan. 3.
stiani hominis vocationē cer. 2. Cor. 7.
tam faciunt atq; cōsummant.

F 2 Quid

INSTITUTIONES

Quid est iejunium?

Concil. *Est certis diebus, iuxta more
Magunt.* & præceptum ecclesiæ, carni-
cap. 35. & bus abstinere, & saltem vñica
Braca. 2. cibi refectione in die cōtentum
cap. 9. viuere frugalius. Sed si genera-
tim hoc nomen accipias, Ieu-
nium est corporis quædam ca-
stigatio piè suscepta, ut vel caro
spiritui subijciatur, vel obediē-
tia exerceatur, vel Dei gratia
impetretur.

Quid est Oratio?

Damasc. *Est mentis in Deum eleua-
tio, per quam vel mala depre-
camur, vel bona nobis alijsque
petimus, vel Deo benedicimus.*

*Quid est Eleemosyna, seu mi-
sericordia?*

*Est beneficium, quo alterius
miseriæ ex commiserationis af-
fectu subuenimus.*

*Quotuplex genus est Eleemosyna
seu Misericordia?*

Duplex:

Duplex: alia quippe sunt opera misericordiae corporalia; alia verò spiritualia: quoniam vel ad corporalem, vel ad spiritualem misericordiam proximi subleuandam spectant.

Quot sunt opera misericordiae corporalia?

Septem, Esurientes pascere, Matt. 25.
potum dare sitiensibus, operire Vide cap.
nudos, captiuos redimere, egro- dist. 45.
tos inuisere, hospitio peregrini & 86.
nos suscipere, mortuos sepelire.

Quot sunt opera misericordiae spiritualia?

Sunt & ipsa septem, uti pec. 1. Thes. 5
cantes corriger, ignorates do. Iacob. 5.
cere, dubitantibus recte consu- 1. Thes. 5
lere, pro salute proximi Deum Rom. 15.
orare, consolari moestos, ferre Matth. 6.
patienter iniurias, offenditam re- & 18.
mittere.

*Quae sunt virtutes omnium
præcipuae?*

INSTITUTIONES

Post Theologicas quidem illas, de quibus dictum est, Fidem & Spem & Charitatem, præcipue sunt Cardinales, quæ Christianos cum primis decent.

Quæ dicuntur Cardinales virtutes?

Ambr. li. Quæ tanquam fontes aliarū & cardines, omnes honestæ vi-
Augu. de tæ rationem continent.
spiritu &
anima.

Sap. 8. Quatuor: Prudentia, Iustitia,
Tit. 2. Temperatia, Fortitudo; quibus
in Christo consequitur homo,
ut prouidè, iustè, temperatè, ac
fortiter in omni vita degat, ac
placeat Deo.

*Quæ dicuntur dona Spiritus
sancti?*

Ezai. 11. Septem illa, quæ super Chri-
1. Ioan. 2. stum requieuisse Propheta te-
flatur; & quæ ab ipso, ceu fon-
te omnis gratiæ, in alios deri-
uantur; Ut donum sapientiæ,
donum

donum intellectus, consilij, scientiæ, fortitudinis, pietatis, ac timoris Domini.

Quæ nam illæ, quæ fructus spiritus vocantur?

Ea, quæ pīj secundum spiritum viuentes operantur, & per quæ spirituales à carnalibus dignoscuntur.

Qui sunt fructus spiritus?

A Paulo Apostolo sic numeratur: Charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas.

Quæ dicuntur beatitudines

Euangelicæ?

Illæ propter quas in Euangeliō etiam hi qui miseri prorūsus ac infelices videntur, beati ac felices pronuntiantur.

Quot sunt Euangelicæ beatitudines?

Oīo;

INSTITUTIONES

Matth. 5. O^rdo, quas ita Christus in
Luc. 6. monte tradidit:

- I. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.
- II. Beati mites, quoniam ipso posse debunt terram.
- III. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.
- IV. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.
- V. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordia consequentur.
- VI. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.
- VII. Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur.
- VIII. Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Quæ dicuntur Euangelica consilia?

Videlicet, quæ per Euangelium

lium non tanquam ad salutem Matt. 25.
necessaria, sed veluti suscipien-
tibus magis expedita atq; uti-
lia à Christo non præcipiente
quidem, sed consulente propo-
nuntur.

Quot sunt Euangelica consilia?

Principalia tria sunt, nimi- Matt. 19.
rum, Paupertas voluntaria, Ca- Act. 4.
stitas perpetua, & Obedientia
integra, quæ propter Deum ho-
mini religiosè exhibetur.

*Quæ hominis nouissima di-
cuntur?*

Ea, quæ hominī ad extremū
accidunt, vt Mors, Iudicium,
Inferus, & Cœlestis gloria; de
quibus ita docet Sapiens: In o-
mñibus operibus tuis memo-
rarē nouissima tua, & in æter-
num non peccabis.

FINIS.

G TESTI-

TESTIMONIA
SCRIPTVRÆ SACRÆ,
CONTRA HÆRETICOS in promptu semper habenda.

Deut, 17. **S**i difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris, inter sanguinem & sanguinē, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locū, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicē qui fuerit illo tempore: quæresq; ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatē, & facies quodcūq; dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neq; ad sinistram.

Ibidem. **Q**ui superbierit, nolēs obedire sacerdotis imperio, qui cōtempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferes

TESTIM. SCRIPT. 29

res malum de Israël: cunctus q̄ popu-
lus audiens timebit, vt nullus dein-
ceps intumescat superbia.

Interroga patrem tuū, et annun- Deut. 3.
tiabit tibi: maiores tuos, et dicēt tibi.

Hæc dicit Dominus: State super Hier. 6.
vias et videte, et interrogate de se-
mitis antiquis, quæ sit via bona, &
ambulate in ea: & inuenietis refri-
gerium animabus vestris.

Labia sacerdotis custodiunt sciē- Malac. 1.
tiam, & legē requirent ex ore eius,
quia angelus Domini exercitū est.

Audi fili mi disciplinam patris Prou. 1.
tui, & ne dimittas legem matris
tuæ, vt addatur gratia capiti tuo,
& torques collo tuo.

Conserua fili mi præcepta patris Prou. 6.
tui, & ne dimittas legem matris
tuæ, liga eam in corde tuo ingiter, et
circunda gutturi tuo.

Ne transgrediaris terminos an- Prou. 22.
tiquos, quos posuerunt patres tui.

Non te p̄tereat narratio seniorū. Eccle. 8.

G 2 Ipsi

TESTIMONIA

*Ipsi enim didicerunt à patribus suis.
Ab ipsis discere intellectum, et in
tempore necessitatis dare respon-
sum.*

Matt. 24. *Videte ne quis vos seducat: sur-
gent enim multi Pseudoprophetæ, et
seducent multos. Tunc si quis vobis
dixerit: Ecce hic est Christus, aut ec-
ce illic, nolite credere: et quonia abū-
dabit iniquitas, refrigerescet charitas
multorum. Qui autem perseverauer-
rit usq; in finem, hic saluus erit. Si
ergo dixerint vobis: Ecce in deserto
est, nolite exire: Ecce in penetrali-
bus, nolite credere.*

Luc. 10. *Qui vos audit, me audit: qui vos
spernit, me spernit: qui autem me
spernit, spernit eum, qui misit me.*

Matt. 23. *Omnia ergo quæcumq; dixerint
vobis, seruare et facite: secundum
opera verò illorum nolite facere.
Dicunt enim, et non faciunt.*

Matt. 16. *Et ego dico tibi: quia tu es Pe-
trus, et super hanc petram ædifica-
bo*

BSB
S C R I P T V R A E .

30

bo Ecclesiam meam, et portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claves regni cœlorum, et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum et in cœlis : Et quodcunq; solueris super terram, erit solutum et in cœlis.

*Simon, Ecce Sathanas expetiuit Luc. 22.
vos, ut cribraret sicut triticum. Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua.*

*Simon Ioannis diligis me? pasce Ioan. 21.
agnos meos, pasce oves meas.*

*Et ecce ego vobiscum sum omni- Matt. 28.
bus diebus usque ad consummatio-
nem saeculi.*

*Ego rogaro patrem, et alium pa- Ioan. 14.
racletum dabit vobis, ut maneat vobiscum in æternum, spiritu veritatis, quem mundus non potest accipere: quia non videt eum, nec scit eum.
Vos autem cognoscetis eum.*

*Non relinquam vos orphanos,
veniam ad vos. Paracletus autem*

G 3 Spi-

TESTIMONIA

ritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, et suggesteret vobis omnia, quæcumq; dixerim vobis.

Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Ioan. 17. Non pro eis rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, et ego in te; ut et ipsi in nobis unum sint.

Matt. 18. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publicanus.

2. Pet. 2. 3 Fuerunt vero et pseudoprophetæ in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducet sectas perditionis, Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: qui in errore conuersantur: libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis.

Ibidem. Hoc primum scientes, quod venient

ment in nouissimis diebus in dece-
ptione illusores, iuxta proprias con-
cupiscentias ambulantes.

Hoc est mandatū, vt quē admodū 2.Ioan, 1.
audiuistis ab initio, in eo ambuletis:
quoniam multi seductores exierunt in
mundū. Oīs qui recedit, et nō perma-
net in doctrina Christi deū nō habet.

Si quis venit ad vos, & hanc do- Ibidem.
ctrinā non affert: nolite recipere eū
in domum, nec Aue ei dixeritis.

Erit tempus cūm sanam doctrī- 2.Tim.4.
nam non sustinebunt, sed ad sua de-
sideria coaceruabunt sibi magistros
prurientes auribus.

Rogo aut̄ vos fratres, vt obser-
uetis eos qui dissensiones & offendici-
cula præter doctrinā, quam vos di-
dicistis, faciunt: et declinate ab illis.
Huiusmodi enim Christo Domino
non seruiunt, sed suo ventri, & per
dulces sermones & benedictiones se-
ducunt corda innocentium.

Denūtiamus aut̄ vobis fratres in 2.Thes.3.
nomine Domini nostri Iesu Christi,

G 4 vt

TESTIMONIA

ut subtrahatis vos ab omni fratre
ambulante inordinate, & non se-
cundum traditionem, quam accepe-
runt a nobis.

2. Thes. 3 Itaq; fratres state, & tenete tra-
ditiones, quas didicistis, siue per ser-
monem, siue per epistolam nostram.

1. Cor. 11 Oportet haereses esse, ut & qui
probati sunt, manifesti fiat in vobis.

Tit. 3. Hæreticum hominem post unam
& secundam correptionem deuita,
sciens, quia subuersus est, qui eius-
modi est, & delinquit, cum sit pro-
prio iudicio condemnatus.

1. Cor. 11 Si quis videtur contentiosus esse,
nos talem consuetudinem non habe-
mus, neq; Ecclesia Dei.

1. Tim. 3 Hæc tibi scribo, ut scias, quomo-
do oporteat te in domo Dei conuer-
fari, quæ est Ecclesia Dei viui, colu-
mna & firmamentum veritatis.

Hebr. 13. Doctrinis varijs & peregrinis
nolite abduci. Obedite præpositis ve-
stris, & subiacete eis.

1. Tim. 6. O Timothee, depositum custodi,
deuitans

deuitans prophanas vocum nouitatis, & oppositiones falsi nominis scientiae, quam quidam profitentes, circa fidem exciderunt.

Miror quod sic tam citò transferimini ab eo qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud Euangelium, quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit.

Vos autem charissimi, memores Iudas Apostole verborum quæ prædicta sunt postolus, ab Apostolis Domini nostri IESV Christi, qui dicebat vobis: quoniam in nouissimis temporibus venient illusores, secundū desideria sua ambulantes in impietatibus: Hi sunt qui segregat semetipos, animales, spiritū non habentes: Hi sunt murmuratorē, querulosi, secundū desideria sua ambulantes, & os eorū loquitur superbiam.

G 5

SENTENTIAE

B. Augustini sententia tres no-
tatu dignissimæ.

I.

Lib. de
fide ad
Petrum,

Firmissimè tene, & nullatenus
dubites, non solum omnes Paga-
nos, sed etiam Iudæos, hereticos atq.
schismaticos, qui extra Ecclesiam
Catholicam præsentem finiunt vi-
tam, in ignem æternum ituros, qui
paratus est diabolo et angelis eius.

II.

Firmissimè tene, & nullatenus
dubites, quemlibet hereticum siue
schismaticum, in nomine Patris, et
Filiij, & Spiritus sancti baptiza-
tum, si Ecclesiæ Catholicæ non fue-
rit aggregatus, quanta scunq; elec-
mosynas fecerit, et si pro Christi no-
mine etiam sanguinem fuderit, nul-
latenus posse saluari. Omni enim ho-
mini qui Ecclesiæ Catholicæ non te-
net unitatem, neq; Baptismus, neq;
eleemosyna quamlibet copiosa, neq;
mors pro nomine Christi suscepta
proficere potest ad salutem, quam-
diu in eo heretica vel schismatica
prauitas

prauitas perseverat, quæ dicit ad mortem.

Firmissime tene, & nullatenus illi dubites, non omnes qui intra Ecclesiastam Catholicam baptizantur, accepturos esse vitam æternam, sed eos, qui percepto baptismate rectè vivunt, id est, qui abstinuerunt se à vitijs & concupiscentijs carnis. Regnum enim cœlorum sicut infideles, hæretici atq; schismatici non habebunt, sic Catholici criminosi possidere non poterunt.

Sit nomē Domini benedictum
in secula, Amen.



DE

**DE ÆTERNA
SAPIENTIA PRE-
CES HORARIAE ANTE**
annos CC, ab H. Susone conscriptæ,
quas consultissimum foret studio sis
adolescentibus quotidie legere, ut à
Christo, qui est fons Sapientiæ, & sa-
pientia ipsa, veræ sapientiæ ac per-
spicacis intelligentiæ lucem & gra-
tiam obtineant; sine qua omnis
scientia nedum vana, sed eti-
am perniciosa est.

*Salutatio matutina ad æternam
Sapientiam.*

Anima mea desiderauit te
in nocte, sed et spiritu meo
in p̄cordijs meis de manœ eu-
gilaui ad te ô præclarissima Sa-
pientia, petes ut desiderata pre-
sentia tua cuncta nobis aduer-
santia remoueat, penetralia
cordis nostri sua multiformi
gratia perfundat, & in amore
tuo vehementer accendat. Et
nunc

PRECES HORARIAE. 34

nunc dulcissime Domine Iesu
Christe ad te diluculo consur-
go, teq; ex intimo cordis affectu
saluto. Millia quoq; milliū cæ-
lestium agminū tibi ministran-
tium te ex me salutēt, ac decies
millies centena millia tibi assi-
stentium te ex me glorificant.
Vniuersalis etiam harmonia o-
mnium creaturarum te ex me
collaudet, ac nomen tuum glo-
riosum protectionis nostræ cly-
peū benedicat in sæcula, Amē.

S I N G V L I S H O R I S

præmittitur hic versiculus, Salu-
tem mentis & corporis do-
net nobis I E S V S sapientia
patris.

Ad Matutinas.

D O M I N E labia mea ape-
ries:

Et os meum annuntiabit
laudem tuam.

Deus

PRECES

Deus in adiutorium meum
intende.

Domine ad adiuuādum me
festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in saecula
saeculorum, Amen.

A SEPTVAGESIMA
vñq ad Pascha dicitur:

Laus tibi Domine, Rex æter-
næ gloriae.

In uitatorium.

Æternæ sapientiæ fontem
adoremus:

Et pro gloria nominis eius iu-
bilemus.

Psalmus.

Psal. 94. **V**enite exultemus Dño, iu-
bilemus Deo salutari no-
stro: præoccupemus faciē eius
in cōfessione, & in psalmis iu-
bilemus ei,

Æter-

Æternæ sapientiæ fontem
adoremus:
Et pro gloria nominis eius iu-
bilemus.

Quoniā Deus magnus Do-
minus, & Rex magnus super o-
mnes Deos, quoniā non repel-
let Dominus plebē suam: quia
in manu eius sunt omnes fines
terræ, & altitudines montium
ipse cōspicit. Et pro gloria no-
minis eius iubilemus.

Quoniam ipsius est mare, &
ipse fecit illud, & aridā funda-
uerunt manus eius: venite ado-
remus & p̄cidamus ante Deū,
ploremus coram Domino, qui
fecit nos, quia ipse est Dominus
Deus noster: Nos autem popu-
lus eius, & oves pascuæ eius.

Æternæ sapientiæ fontem
adoremus:
Et pro gloria nominis eius iu-
bilemus.

Hodie

PRICES

Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres vestri, probauerunt & viderunt opera mea.

Et pro gloria nominis eius iubilemus.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper, Hi errant corde: ipsi vero non cognoverunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Aeternæ sapientiae fontem adoremus.

Et pro gloria nominis eius iubilemus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in saecula saeculorum, Amen.

Et

Et pro gloria nominis eius iubilemus,

Æternæ sapientiæ fontem adoremus.

Et pro gloria nominis eius iubilemus.

HYMNVS.

IES V dulcis memoria, dans D. Bera
vera cordis gaudia: sed super nardus.
mel et oīa, eius dulcis p̄sentia.

Nil canitur suauius: auditur
nil iucundius: nil cogitatur dul-
cius: quām Iesus Dei filius.

Iesu spes pœnitētibus, quām
pius es petentibus: quām bo-
nus te querētibus? sed quid in-
uenientibus?

Æterna sapientia tibi Patriq;
gloria, cum Spiritu paracleto
in sempiterna secula, Amen.

Psalmus.

IVbilate D EO omnis terra, Psal. 65.
Psalmū dicite nomini eius,
date gloriam laudi eius.

H Dicite

PRECES

Dicite Deo, quām terribilia
sunt opera tua Domine: in mul-
titudine virtutis tuæ mentien-
tur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & psal-
lat tibi: psalmū dicat nōmī tuo.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in sēcula
sēculorum, Amen.

Antiphona.

Prou. 9. Sapientia ædificauit sibi do-
mum: excidit columnas septē:
subdidit sibi gentes superbo-
rum, & sublimium colla pro-
pria virtute calcauit.

Abac. 3. *Vers.* Ego autem in Domi-
no gaudebo.

Respons. Et exultabo in Deo
Iesu meo.

Pater noster, &c. Et ne nos
inducas, &c.

Iube Domine benedicere.
Iesus

Iesus sapientia patris depel-
lat cuncta aduersantia nobis,
Amen. *Lettio prima.*

OSapientia æterna, splendor Hebr. 1.
gloriarum, & figura substantiarum
Patris: qui vniuersa de nihilo
creasti, et ut hominem ad para-
disi gaudia reduceres, in hanç
vallem misericordie descendisti, ei-
que viam redeundi per tuam
dulcissimam cōuersationem de-
monstrasti, & pro satisfactione
cunctorum tanquam agnus in-
nocens Patri immolari volui-
sti, aperi per tuam pretiosam
mortem cor meum, vt te Re-
gem Regum, & Dominum Do-
minantium oculis integræ fidei
semper aspiciam. Pone meā in
tuis vulneribus Philosophiam,
in tuis stigmatibus sapientiam,
vt ulterius in te solo charita-
tis libro, & morte tua profi-
ciam, & omnibus mutabili-

H 2 bus

PRECES

bus rebus deficiam : ita ut ego,
iam nō ego, sed tu in me, & ego
in te indillolubili vinculo amo-
ris æternaliter maneamus. Tu
autē Domine miserere nostri.
Deo gratias.

Sap. 9.

Respons. Emitte Domine sa-
pientiam de sede magnitudi-
nis tuę, vt mecum sit et mecum
laboret, vt sciam quid acceptū
sit coram te omni tempore.

Verf. Da mihi Domine se-
dium tuarum assistricē sapien-
tiam : Ut sciam quid acceptum
sit coram te omni tempore.

Iube Domine benedicere.

Æterna sapientia illuminare
dignetur sensus & corda no-
stra, Amen.

Letio secunda.

O IES V mihi dulcissime, et
sapientia felicissima, verbū
Patris, principium & finis o-
mniū entiū: pijs oculis quęso
me

me intuere, quia puluis sum &
caro, sciens quod nō sit volen-
tis neq; currentis, sed tui Deus Rom.9.
miserentis. Recogita obsecro
amarissimam passionem, quā
pro me indigno peccatore per-
culisti, & bonam voluntatem
à te inchoatam piè custodias.
O misericordia mea, ne dere-
linquas me. O refugium meum,
ne discesseris à me. O liberator
meus, intende in adiutorium
meum: & me huic mundo mor-
tuum in sepulchro tuo tecum
sepelias, & ab omnibus inimi-
corum insidijs abscondas, vt me
à te nec vita, nec mors, nec vlla
fortuna fors separet; sed per-
maneat morte fortior amor no-
ster nunc & in ævum.

Tu autem Domine miserere
nostrī. Deo gratias.

*Respons. Da mihi Domine se- Sap. 9.
dium tuarum assistricem sapiē-*

H 3 tiām,

PRICES

tiam, et noli me reprehicare a pueris tuis: Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ.

Vers. Mitte illam a sede magnitudinis tuæ, ut tecum sit, & tecum labore: Quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ.

Iube Domine benedicere.

Dono sapietiae & intellectus impleat nos Spiritus sanctus, Amen. *Letio tertia.*

O Refugium meum et liberator meus, per immensum amorē, qui te in patibulo crucis amarissimam mortem pro me subire coēgit: peccata quæ ego immundus peccator commisi, misericorditer indulgeas: à committendis, & à cunctis periculis in vulnere lateris tui piè me custodias: gressus meos in huius vitæ fluctibus ad sanctum sinem dirigas, & ad conspectum gloriae

gloriarum tuarum me peruenire concedas. Tu autem Domine miserere nostri. Deo gratias.

Respons. Super salutem & omnem pulchritudinem dilexi sapientiam, & posui producere habere illam: Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa.

Vers. Dixi sapientiam, soror Prover. 7.
mea es: & prudentiam vocauim
amicam meam: Venerunt au-
tem mihi omnia bona pariter
cum illa. Gloria Patri, &c.

Venerunt autem mihi omnia
bona pariter cum illa.

EX CANTICO DIVI

Ambrosij & Augustini.

Tu rex gloriae Christe.

Puissantis semperernus es filius.

Tu ad liberandum suscep-
tus hominem, non horruisti vir-
ginis uterum.

Tu

PRECES

Tu deuicto mortis aculeo,
aperuisti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes
in gloria patris.

Iudex crederis esse vetus.

Te ergo quæsumus tuis fa-
mulis subueni, quos pretioso
sanguine redemisti.

Æterna fac cum sanctis tuis
in gloria numerari.

Saluum fac populum tuum
Domine, & benedic hæredita-
ti tuæ.

Et rege eos, & extolle illos
vñq; in æternum.

Per singulos dies benedici-
mus te.

Et laudamus nomen tuum
in sæculum, & in sæculū sæculi.

Dignare Domine die isto, si-
ne peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine, mi-
serere nostri.

Fiat

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

In te Domine sperauit: Non confundat in æternum, Amen.

QVI T A M E N V O L E T,
poterit huius loco sequens
Canticum legere.

Te Christum laudamus,

Te Iesum benedicimus.

Te Regem Regum, Dominum Dominantium confitemur. Te crucifixum colimus dulcem, & amabilem redemptorem. Qui nos adspersione tui sanguinis redemisti. Dignus es Domine Iesu Deus noster, accipere laudem, benedictionem, gloriam & honorem. Exultet tibi omnis caro, & omnis viuens glorificet nomen tuum. Humilietur omnis facies pedibus tuis, & omnis creatura

I tua

PRECES

tua seruiat tibi. Laudet & extollat te, benedicat te, & glorificet te in æternum.

AD LAVDES.

Salutem mentis & corporis,
Donet nobis Iesus sapientia
Patris.

Deus in adiutorium meum
intende.

Domine ad adiuuandum
me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in secula se-
culorum, Amen.

Psalmus.

Psal. 116. Laudate Dominum omnes
gentes: laudate eum om-
nes populi.

Quoniam confirmata est su-
per nos misericordia eius, &
veritas Domini manet in æter-
num.

Gloria

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, et semper, & in saecula saeculorum, Amen.

Antiphona.

Sapietia clamitat in plateis:
si quis diligit sapientiam ad me
declinet, & eam inueniet: & ea
cum inuenerit, beatus erit si te-
nuerit eam.

Capitulum.

Hanc (sapientiam) amavi et ex- Sap. 8.
quisiui à iuuētute mea, et quæsi-
ui mihi sponsam assumere, &
amator factus sum formæ illius.

Respons. Deo gratias.

HYMNUS.

Iesu rex admirabilis, et trium-
phator nobilis, dulcedo inef-
fabilis, totus desiderabilis.

Nec lingua valet dicere, nec
litera exprimere: exceptus potest
credere, quid sit Iesum diligere.

I 2 Amor

PRICES

Amor Iesu continuus, mihi
läguor assiduus, mihi Iesus mel
lifluus, fructus vitæ perpetuus.

Æterna sapiëtia, tibi Patriq;
gloria, cū Spiritu paracleto, in
sempiterna sœcula, Amen.

Vers. Sapientia requiescit in
corde eius.

Respons. Et prudentia in ser-
mone oris illius.

Ad Benedictus, Antiph.

O sapientia.

CANTICVM ZA-
chariæ.

Benedictus Dominus Deus
Israël: quia visitauit, & fecit
redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis no-
bis, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os San-
ctorum, qui à sœculo sunt pro-
phetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris:
& de manu omnium qui ope-
runt nos.

Ad

Ad faciendam misericordiam cū patribus nostris, & memorari testamenti sui sancti.

Iusserandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi.

In sanctitate, & iustitia corā ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis eñ ante faciem Domini parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis plebi eius, in remissionem peccatorum eorum.

Per viscera misericordię Dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tenebris & in umbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.

PRÆCES

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, et semper, &c.

Antiphona.

Sap. 8. O sapientia quæ ex ore altissimi prodijisti attingens à fine usq; ad finē fortiter, suauiterq; disponens omnia, veni ad docendum nos viam prudentiæ.

Domine exaudi orationem meam, & clamor &c.

Oremus.

Deus qui per coeternam tibi sapientiam hominem cùm non esset, cōdidisti, perditumq; misericorditer reformati: praesta quæsumus, ut eadē pectora nostra inspirante, te tota mente amemus, & ad te toto corde curramus, per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, et regnat in unitate Spiritus san-

Ei

Eti Deus, per omnia sœcula sœculorum, Amen.

Benedicamus Dominō.

Deo gratias.

Æterna sapientia benedicat
† & custodiat corda & cor-
pora nostra, Amen.

Ita terminantur omnes Horæ.

A D P R I M A M.

Salutem mentis & corporis
donet nobis Iesus sapientia Pa-
tris.

Deus in adiutorium meum
intende. Dñe ad adiuuandum
me festina, Gloria patri, et fi-
lio, &c. Sicut erat in princ. &c.

H Y M N V S.

A Mor Iesu dulcissimus, & D. Ber-
verè suauissimus, plus mil- nardus.
lies gratissimus, quam dicere
sufficiunt. Iesus decus angelicū:
in aure dulce canticum: in ore
mel mirificum: in corde nectar
cœlicum. Iesu mihi bone sentiam

I 4 amoris

PRECES

amoris tui copiam: da mihi per
præsentia, tuam videre gloriā.

Æterna sapientia, tibi Patriq;
gloria, cū Spiritu paracleto, in
tempiterna sæcula, Amen.

Psalmus CXLII.

A Vditam fac mihi mane
misericordiam tuam, quia
in te speraui.

Notam fac mihi viā in quā
ambulem; quia ad te leuaui a-
nimam meam.

Eripe me de inimicis meis
Domine, ad te confugi: doce
me facere voluntatē tuam; quia
Deus meus es tu.

Gloria Patri, & Filio, &c. Si-
c ut erat in principio, &c.

Antiphona.

Prou. 1: Ego diligentes me diligo &
qui mane vigilauerit ad me, in-
ueniet me.

Capitulum.

Sap. 1. Sapientia vinçit malitiā: at-
tingit

tingit à fine vsq; in finem fortius, & disponit omnia suauiter.

Repons. Deo gratias.

Repons. Iesu Christe fili Dei viui miserere nobis.

Vers. Qui sedes ad dexteram patris miserere nobis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Iesu Christe fili Dei viui miserere nobis.

Vers. Exurge Domine, adiuua nos.

Repons. Et libera nos propter nomen sanctū tuum. Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Corda nostra quesumus Dñe
æternæ sapientiæ splendor illu-
stret, quo mundi huius tene-
bris carere valeamus, & perue-
niamus ad patriam charitatis
æternæ, per eundem Dominum

I 5 nostrum,

PRECES

nōstrum, &c. Benedicamus
Domino, &c. vt suprā.

Ad tertiam.

Salutē mentis et corporis do-
net nobis Iesus sapiētia patris.

Deus in adiutorium meum
intende.

Domine ad adiuuandū me
festina.

Gloria Patri, &c. Sicut erat
in principio, &c. Alleluia.

HYMNVS.

TVa Iesu dilecto, gratia mē-
tis refectio, replens sine fa-
stido, dans famem desiderio.

Qui te gustant esuriunt, qui
bibunt adhuc sitiunt, desidera-
re nesciunt nisi Iesum quem di-
ligunt.

Desidero te millies: mi Iesu
quando venies? quando lātum
me facies? me de te quando
saties?

Eterna

Æterna sapientia, tibi Patriq; gloria, cū Spiritu paracleto, in sempiterna sæcula, Amen.

Psalmus CXLI.

Spiritus tuus bonus deduces me in terrâ rectam, propter nomen tuum.

Domine vivificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam, & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, &c.

Antiphona.

Fili cōcupiscens sapientiam conserua iustitiam, et præbebit eam tibi Dominus.

Eccli. 15

Capitulum.

PRECES

Capitulum.

Sap. 8. Hanc (sapientiam) amavi & exquisui à iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assume-re, & amator factus sum formæ illius.

Respons. Deo gratias.

Respons. Ego autem in Do-mino gaudabo.

Vers. Et exultabo in Deo Iesu meo.

In Domino gaudabo. Glo-ria patri, & filio, &c.

Ego autem in Domino gau-debo

Vers. Sit nomen Domini be-nedicatum.

Respons. Ex hoc nunc & usq; in seculum.

Oremus.

Deus qui per coxternam ti-bi sapientiam hominem cùm non esset condidisti, perditum-que misericorditer reformati;

præsta

præsta quæsumus, vt eadem pectora nostra inspirante, te totalmente amemus, & ad te toto corde curramus. Per eundem,
vt supra.

Ad sextam.

Salutem mentis & corporis donet nobis Iesus sapientia Patris.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria Patri, &c.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen. Alleluia.

HYMVS.

I Esu summa benignitas: mira D. Ber-
cordis iucunditas: incompre- nardus,
hensa que bonitas tua me strin-
gat charitas.

Bonum mihi diligere Iesum,
nil yltrà querere: mihi prorsus
deficere, vt illi queam vivere.

Iesu

PRÉCES

Iesu mi dilectissime, spes su-
spirantis animæ, te quærunt pie
Iachrymæ, & clamor mētis in-
timæ.

Æterna sapientia, tibi Patriq;
gloria, cū Spiritu paracleto, in
tempiterna sœcula, Amen.

Psalmus XXXII.

Anima nostra sustinet Do-
minum: quoniam adiutor,
& protector noster' est.

Quia in eo latabitur cor no-
strum, & in nomine sancto eius
sperauimus.

Fiat misericordia tua Domi-
ne super nos, quemadmodum
sperauimus in te.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Sicut erat in principio &c.

Antiphona.

Proo, 8.

Dominus possedit me in ini-
tio viarum suarum, antequam
quicquam faceret à principio,
dicit Dominus.

Item

Capit-

Capitulum.

Candore enim lucis æter- Sap. 7,
næ & speculum sine macula di-
uinæ maiestatis, & imago boni-
tatis illius.

Respons. Deo gratias.

Respons. Sit nomen Domini
benedictum.

Vers. Ex hoc nunc & usque
in sæculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

Sit nomen Domini benedi-
ctum.

Ex hoc nunc & usque in sæ-
culum.

Vers. A solis ortu usq; ad oc-
casum.

Respons. Laudabile nomen
Domini.

Oremus.

Exaudi nos misericors Deus,
& mentibus nostris sapientiæ
tuæ lumen ostende, & te super
omnia

PRECES

omnia diligere concede, Per
eundem Dominum, &c.

Benedicamus Dño, vt supra.

Ad Nonam.

Salutem mentis & corporis
donet nobis Iesus sapiētia Pa-
tris.

Deus in adiutorium meum
intende.

Domine ad adiuuandū me
festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

Sicut erat in principio, &c.
Amen, Alleluia.

HYMNS.

D. Ber-
nardus.

QVOCUNq; loco fuero, sem-
per Iesum desidero: quām
lætus cùm inuenero, quām felix
cùm tenuero?

Tunc amplexus, tunc oscula,
quæ vincunt mellis pocula, sed
in his parua morula, Iesum se-
quar per saecula,

Iam

Iam quod quæsiui video: qd
concupiui teneo, amore Iesu
langueo, & corde totus ardeo.

Æterna sapientia, tibi Patriq;
gloria, cum Spiritu paracletō in
tempo eterna sæcula, Amen.

Psalmus L.

CO R mundum crea in me
Deus, & spiritum rectum
innoua in visceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua,
& Spiritum sanctum tuum ne
auferas à me.

Redde mihi lætitiam saluta-
ris tui, & spiritu principali con-
firma me.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc
& semper, & in sæcula sæculo-
rum, Amen.

Antiphona.

Necdum erant abyssi & ego Prou. 8.

K partu-

PRÉCES

parturiebar: quando præparabat cœlos aderam, cum eo erâ cuncta componens.

Capitulum.

Sap. 7.

Sapientia speciosior est sole,
& super omnem dispositionem
stellarum luci comparata, in-
uenitur prior.

Respons. Deo gratias.

Respons. A solis ortu usque ad
occasum,

Vers. Laudabile nomen Do-
mini.

Usque ad occasum.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto.

A solis ortu usque ad occa-
sum.

Vers. Sapientia requiescit in
corde eius.

Respons. Et prudentia in ser-
mone oris illius.

Oremus.

Infunde quæsumus Domine

COR-

Cordibus nostris lumen sapien-
tiae tuæ, ut te veraciter agnosca-
mus, & fideliter diligamus, per
eundem Dominum nostrum, &c.
vt supra. Benedicamus, &c.

Ad Vesperas.

Salutem mentis & corporis
donet nobis Iesus sapiëtia Pa-
tris.

Deus in adiutorium meum
intende.

Domine ad adiuuandū me
festina.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Sicut erat in principio, &c.
Amen, Alleluia.

Psalmus C X.

REdemptionē misit Domi-
nus populo suo, mandauit
in æternū testamentum suum.

Sanctum & terribile nomen
eius: Initium sapientiae timor
Domini.

Intellectus bonus omnibus

K 2 facien-

PRECES

facientibus eum: Laudatio eius
manet in s̄eculum s̄eculi.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, &c.

Antiphona.

Eccl. 1,

Omnis sapientia à Domino
Deo est, & cū illo fuit semper,
& est ante æuum.

Capitulum.

Hanc(sapientiam) amavi &
exquisivi à iuuentute mea, quæ-
siui mihi sponsam assumere, &
amator factus sum formæ illius.

Respons. Deo gratias.

HYMNVS.

D. Ber-
nardus.

Iesu sole serenior, & balsamo
luauior, omni dulcore dul-
cior, præ cunctis amabilior.

Tu mentis delectatio: amo-
ris consummatio: tu mea glo-
riatio, Iesu mundi saluatio.

Iesus auctor clementiæ: totius
spes

HORARIAE. 50

spes latitiae, dulcoris fons & gratiae, verae cordis delitiae.

Æterna sapientia tibi Patriq; gloria, cū spiritu paracleto, &c.

Vers. Ego autem in Domino gaudebo.

Responf. Et exultabo in Deo Iesu meo.

Ad Magnificat.

Antiphona. O oriens.

Magnificat anima mea Do- Canticus
minum. beatæ
Et exultauit spiritus meus, in virginis
Deo salutari meo. Mariæ.
Lucæ 1.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicet omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius à progenie in progenies, timétibus eū.

K 3 Fecit

PRECES

Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles.

Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israël puerum suū, recordatus misericordiæ suæ.

Sicut locutus est ad Patres nostros, Abrahá & semini eius in sæcula.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nūc & semper, & in sæcula æculorum, Amen.

Antiphona.

O oriens splendor lucis æternæ, & sol iustitiae, veni & illumina sedētes in tenebris & umbra mortis. Dñe exaudi, vt supra.

Oremus.

Deus qui per coeternam tibi sapien-

sapientiam hominem cūm nō
esset, condidisti, perditumq; mi-
sericorditer reformasti; præsta
quæsumus, vt eadē pectora no-
stra inspirante, te tota mente a-
memus, & ad te toto corde cūr-
ramus. Per eundem Dominum
nostrum, vt suprad. Benedica-
mus, vt suprad.

Ad Completorium.

Salutē mentis & corporis do-
net nobis Iesus sapiētia Patris.

Couerte nos Deus salutaris
noster, & auerte iram tuam à
nobis.

Deus in adiutorium meum
intende.

Domine ad adiuuandum me
festina.

Gloria Patri, & Filio. &c.

Sicut erat in principio, &
nunc, & semper, & in sæcula
sæculorum, Amen. Alleluia.

Psalmus XII. Illumina

PRECES

ILlumina oculos meos, ne vnu-
quam obdormiam in morte,
ne quādo dicat inimicus meus,
præualui aduersus eum.

Qui tribulant me exultabūt
si motus fuero: ego autem in
misericordia tua speravi.

Exultabit cor meum in salu-
tari tuo: cantabo Domino qui
bona tribuit mihi, & psallam
nominis Domini altissimi.

Gloria Patri & Filio. Sicut
erat in principio. &c.

Antiphona.

Eccli. 24. Ego in altissimis habito, &
thronus meus in colūna nubis.

Capitulum.

Sobrietatem & sapientiam
docet, & iustitiam, & virtutem:
quibus nihil est utilius in vita
hominibus.

Respons. Deo gratias.

Respons. In pace in idipsum.

Dormiam & requiescam.

canit nullus

Vers.

Vers. Si dedero somnum oculis meis & palpebris meis dormitionem.

Dormiam & requiescam.

Gloria Patri, & Filio, &c.

In pace in idipsum : Dormiam & requiescam.

HYMNVS.

IESVS in pace imperat, qui omnem sensum superat, hunc mea mens desiderat, & illo frui proferat.

D. Ber-nard⁹.

Te cœli chorus prædicat, & tuas laudes replicat: Iesus orbem laticat, & nos Deo pacificat.

IESVS ad Patrem redijt, cœlesti regnum subiit: cor meum à me tralijt, simul post Iesum abiit.

Æterna sapientia, tibi Patrique gloria, cum Spiritu paracleto in sempiterna sœcula, Amen.

Vers. In pace factus est locus eius.

Reffpons. Et habitatio eius in Sion.

L Antiph.

PRECES

Antiph. O rex gloriose.

Can-
ticum
Simeo-
nis.

Luc. 2,

NVNC dimittis seruum tuum
Domine secundum verbum
tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei salu-
tare tuum.

Quod parasti ante faciem om-
nium populorum.

Lumen ad reuelationem gen-
tium & gloriam plebis tuae Israël.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Sicut erat in principio, &c.

Antiphona.

O Rex gloriose, qui inter san-
ctos tuos semper es laudabilis, &
tamen ineffabilis: tu in nobis es
Domine, & nomen sanctum tuum
inuocatum est super nos, ne aere-
linquas nos Deus noster, vt in die
iudicij nos collocare digneris in-
ter sanctos & electos tuos rex be-
nedicte.


Domine exaudi, vt supra.

Oremus.

Fragilitatem nostram quæsu-
mus

mus Domine propitius respice,
& saporem nobis æternæ sapien-
tia benignus infunde, ut eius dul-
cedine melliflua prægustata, om-
nia terrena valeamus despicere, &
tibi summo bono ardenti deside-
rio iugiter adhædere. Per eundem
Dominum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum, qui tecum viuit
& regnat in unitate Spiritus sancti
Deus, Per omnia sæcula sæculo-
rum.

Benedicamus Domino, ut supra



L 2 MED 1

BSB

MEDITATIONES QVOTIDIANÆ IVXTA ordinem dierum hebdomadæ.

PRAEFATIO.

Inter omnia pietatis veræ exercitia,
Christiane Lector, nihil præstantius,
nihil Deo gratius, hominiq; utilius ac
magis necessarium, & ad benè beateq;
viuendum accommodatius esse potest,
quam se diligenter in assidua vitæ &
passionis Domini nostri IESV Christi
meditatione exercere: Id quod non ma-
dò sanctissimorum ac eruditissimorum
hominum exempla & doctrinæ, sed ipsa
etiam experientia rerum magistra lu-
culenter ostendit atq; cōfirmat. Si enim
vitia vis fugere, & peccata declinare,
tecum expende, quid nō egerit, ac passus
fit triginta tres annos vnigenitus filius
Dei, vt te à peccatis ac vitijs omnibus
liberaret. Si humilitatem, mansuetu-
dinem, patientiam, obedientiam, chari-
tatem, cæterasq; Christi virtutes amas,
ijsq; animum tuū ornare desideras: In-
spice viuum & absolutum omnis vir-
tutis

tutis exemplar Dominum tuum Iesum Christum: Si verò vis mundum, et ea quæ in mundo sunt contemnere, ac pro nihilo ducere, serio tecum cogita, qualem in hoc mundo vitam Christus Dominus egerit, quam pauperē, quam vilem et abiectā, quantisq; laboribus et doloribus plenā, quas insidias et calumnias, qualem denique mortem tui amore tuā salutis causa pertulerit. Si denique ad Dei amorem et gratiarum actionem te velis excitare atq; inflammare, quid quæso efficacius, quam Christi vitam et passionem, et quam multa atq; immensa ex illis beneficia simus consequuti, sedulo meditari. Ut non immerito dixerit Apostolus: Recogitate eum qui talē sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut non fatigemini animis vestris deficientes: Et D. Petrus, Christo, inquit, passo in carne, et vos eadem cogitatione armamini. Ceterū ut majori cū fructu meditationibus istis utaris, Christiane lector, talis erit in ijs tibi

L 3 seruanda

PRÆFATIÖ.

seruanda ratio, ut orationis tempore
primo quidem puncta omnia illius diei
perlegas, deinde verò in illius contem-
platione diutiùs hæreas, in quo magis
perlegendō afficiebaris. Meditans por-
rò de virtute aliqua sedulò tecum per-
pendas, quam studiosè Christus serua-
tor tuus se in ea exercuerit, tibi exem-
plum præbens, ut vestigijs ipsius diligē-
ter infistas. Atque tunc ipse tecum sta-
tues, ad eius imitationem te, præsentis
illo die, in eadem illa virtute aliquem
progressum facturum: Dabisq; proinde
operam sæpiùs, interdiu conceptum pro-
positum in mentem reuocare, atq;ue oca-
siones non negligere, quibus in ea te
virtute exerceas. Puncta autem quinq;
sunt: Primum ex Christi infantia;
Secundum ex eius vita; Tria
deinceps sequentia ex
eiusdem passione
desumpta.

DIE

53

DIE DOMINICO DĒ HVMILITATE CHRISTI.

PRIMO igitur cogitabis, quanta humilitate Dei filius, summus ille totius orbis Monarcha, è cœlis in virginem humilis virginis Mariæ uterum descenderit, atque seipsum exinanierit, formam serui accipiens. Rogabis proinde eundem illum Dominum, ut veram humilitatem donet, gratiamq; tibi infundat, qua superbia omnis, inanis gloria, atque tui ipsius cōplacentia ex corde tuo radicitus euellantur, considerabisq; tecum sāpenumero, quot quantisq; adhuc imperfectiōibus sis obnoxius, quām miserè in vitia quotidie labaris, quām denique parum hactenus in virtutibus promoueris.

Secundò cōsiderabis, quanta animi demissione à Ioanne Baptista se baptizari sit passus, haud aliter quām si homo peccator fuisset, indigēs purgatione aut expiatione, qui tamen Deus verus, & homo, ab omni prorsus sorde peccati immunis, ipse etiā Ioanni gratiam omnem qua p̄reditus erat, contulerat. Tu igitur vermiculus cūm sis, creatoris thi exemplo, quibusuis qui te vel docent, vel hortantur, vel reprehendunt, subijci-

Phi-
lip. 2.

BSB

MEDITATIONES

to, etiam si multò te fint & inferiores & imbecilliores.

Tertiò summam illam humilitatem perpende, qua instantे passionis tempore humanam suam exponens infirmitatem animi sui tristitiam Apostolis declarauit, cùm diceret: **Tristis est anima mea usque ad mortem**, cùm tamen ille ipse sit, qui vera lætitia tā eos qui in cœlis, quām qui in terris degunt, perfundit. Disce igitur nō nimium tibi fidere, neque in temptationibus (quæ vel extreius vel interius obueniunt) de teipso plus æquo presumere, sed submissè de te sentiens a iorum sana consilia non vereare & petere & amplecti.

Quartò considera, quām humiliter Christus Dominus omnium potentissimus, veluti tamen homo ab omni auxilio destitutus, in terram se prostrauerit: Patremque suum, ut nostra expiaret crimina, illachrymās orauerit, & præ amoris magnitudine sanguineum sudorem largiter emiserit. Ea propter etiam tu in quauis tribulatione & cordis angustia, humili oratione te ad Christum seruatorem conuertas, nihilq; tibi amore illius indulgeas, te totum eius voluntati consecres.

Quintò intuere, quām fuerit humili illa

illa resignatio, qua voluntate suam cœlesti Patri (cui tamen ut Deus æqualis erat) promptissimè obtulit, ita dicens: Non mea, sed tua voluntas fiat. Quamq; non fuerit designatus angeli consolationem seu confortationem admittere, qui alioqui totius orbis est consolator, omnesq; in agone cōfortat. Igitur & tu profunda humilitate Dei te voluntati submittas omnibus in rebus, quæ vel interius, vel exterius euenire possunt, magna cum fiducia consolationem cœlestem expectans.

SVB FINE M MEDITATIONIS hanctalem orationem adiungito.

Domine Iesu Christe fili Dei viui, ipse verus Deus & potentissimus rerum omnium conditor & moderator, qui ut humilitatis nobis exemplum relinqueres, è sublimi cœlo in hanc terram descendisti, humanam nostram infirmitatem atque abiectionem assumens, à seruoq; tuo Ioanne velut imputus peccator baptizari voluisti, & passione tua iam instante charis discipulis cordis tui tristitiam patefecisti, prostratusq; in terram sudore sanguineo emisso, humiliè voluntatem tuam in voluntatem Patris resignasti, aliaque quān plurima egisti,

L 5 quæ

BSB

MEDITATIONES

quæ summae humilitatis sunt argumentum: Precor ut profundam mihi dones humilitatem, qua me omnibus facile labensq; subijcam, neque altè de meipso sentiam, sed vilis sim abjectusq; semper in oculis meis, & talis ab omnibus haberi cupiam. Qui cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti viuis & regnas Deus in secula benedictus, Amen.

DIE LVNAE, DE MANSUETUDINE Christi.

Primum eam mansuetudinem diligenter expende, qua innocens ille puerulus iam recens natus, orbi se ostenderit, licet inimicissimo. Ora eundem ipsum, vt veram innocentiam & cordis mansuetudinem donare dignetur.

Secundò cogita, quanta mansuetudine, quantaque modestia cum Apostolis suis, licet imperitis ac simplicibus versatus sit, tam verbis quam factis mansuetudinem omnem significans, quamq; mansuetè Iudeorum captiosis & malignis quæstionibus responderit. Quocirca etiam tu summa modestia animique mansuetudine cum omnibus versari diccas, neque verbo, neque opere, ullum
imme-

immodestia signum præbeas, quantumcumque tibi verbis aut factis aduersantur.

Tertio vide quām mansuetē Iudam proditorem sit exosculatus, & se capiendū hostibus benignē obtulerit, omniaq; corporis membra stringenda præbuerit. Proinde & tu nō insuetē & amicē his omnibus occurras; qui rō vel spernūt vel ludibrio habent, quantumuis grauem tibi interrogauerint iniuriam.

Quarto qua sit usus mansuetudine considera, dum coram īmpio Anna ita ligatus staret, quām mansuetē ipsi insidiosē interroganti responderit, ac dīram sit alapam perpesius. Quapropter etiam tu mansuetē feras, si quando tibi duriter respondeatur: etiam si recte tibi, tuo quidem iudicio, aut fecisse, aut dixisse videaris.

Quinto illam quoque mansuetudinem perpēdes, quam in ædibus Caiphæ singularem exhibuit, in omnibus illis occultis pēnis ac illusionibus, cùm vide licet facies illa suauissima (in quam defiderant angeli prospicere) tam ignominiosē velaretur, alapis & colaphis crudeliter cederetur, & tam foedē conspueetur, alijsq; id genus multis tormentis.

MEDITATIONES

tis afficeretur, quæ nulli vñquam mortalium innotuerunt. Tu igitur discas mansuetè ferre quicquid molestiarum vel interiùs vel exteriùs occurret. Atque si occultè tibi quispiam molestus sit, magna id æqualitate, animi alacritate, hilarique yultu sustineas, idque ob amorem amici Seruatoris, & dilectissimi animæ tux spousi Iesu Christi Domini nostri.

FINITA MEDITATIONE ita precabere.

Domine Iesu Christe, preclarum omnium virtutum exemplar, qui summam semper omnibus mansuetudinem præbuisti, tam in nativitatis tuæ exordio, quando te mundo ostendisti inimicissimo, quam per totam reliquam vitam, in qua modestia summa cum discipulis rudibus, & Iudeis continenter insidiabantibus, versatus es: quam deniq; passionis tempore, cum & proditoré Iudam mansuetissimè deosculabaris, & Iudeis eadem semper modestia te ipsum exhibuisti, quantumvis duriter ligarent, cæderent, in faciem conspuerent, multasque interrogarent iniurias. Rogo humillimè, ut veram mihi largiaris mansuetudinem, qua sedato animo mea omnia peragam,

mod-

ES
uam mor-
tur discas
lestiarum
et. Atque
us sit, ma-
ritate, hi-
ob amo-
lectissimi
Do quin
ibat ior
ONE
rum om-
nium mam-
em præ-
exordio,
imicissi-
vitam, in
pulis ru-
dianti-
passionis
m man-
datis ea-
exhibui-
t, cæde-
ultasque
illime, ut
idinem,
eragam,
modi-

QVOTIDIANAE. 58

modesteq; me apud alios habeam, atq;
mansuetè cum omnibus verser, siue be-
nignè, siue durius tecum agant. Qui vi-
uis & regnas cum Deo Patre, & Spiritu
sancto Deus in omnia sacula, Amen.

DIE MARTIS DE PATIEN-
tia Christi.

Primò diligenter aduerte singulare patientiæ exemplum, quod tibi in tenerima illa ætate, nimirum in sua circuncisione præbuerit, in qua pretiosum suum sanguinem benignè pro nobis fundens, graui illo vulnere tenellus adhuc infantulus afflicetus fuit. Idcirco in te vitia omnia, omnes pravae affectiones, omniaq; mala desideria circuncidere & amputare stude. Et ut Christus legem ex animo perfecit, ita etiam ne ad latum vnguem à tibi præscriptis vivendi legibus deflectas, quin potius ad eas temetipsum componas, licet id naturæ nonnunquam molestum videatur.

Secundò cogita, quanta patientia Iu- Ioā, 8.
dæorum omnes iri quas persecutiones tolerarit, quando eum truculento vultu Luc, 4.
contuebantur, quando dæmonio obses-
sum dicebant, quando nunc lapidibus
eum obruere, nunc de monte præcipi-
are satagebant. Esto & tu ergo patiens
in

MEDITATIONES

in omnibus ijs, quæ tibi occurrunt me-
lestijs. Atq; æquabilem te præbeto, mo-
destum & quietum in omnibus quæ ob-
ijciuntur tibi vel impinguntur.

Tertiò contemplantæ, quanta fuerit
eius patientia in domo Pilati, quando
tot conficta mendacia & iniq;as calu-
minias patientissimè sustinuit. Si quan-
do itaque tibi falsum crimen obijcitur,
aut quavis alia iniuria præter meritum
afficeris, ita ut contemnaris, vilius vel eti-
am improbus habearis, tunc verbo illo
Lod. 13 Seruatoris te solare: Non est discipulus
super magistrum suum, nec seruus ma-
ior domino suo. Et illo quod ad Pila-
tum dixit: Regnum meum nō est de hoc
mundo. Ac proinde nec hic ullum que-
tas honorem.

Quartò considerabis etiam, quām
patienti animo probra, iniurias atque
irrisiones in domo Herodis perpetratus
sit, & quo pacto ad Pilatum non aliter
atque stultus aliquis & delirus per pla-
teas deductus, omnium risibus fuerit ex-
positus, neque in his omnibus vel ver-
bulum unum respōderit, aut ullum im-
patientiæ signum exhibuerit. Sic tu
quoque patienter taceas, etiamsi ob id
simplex, rudis, vilius, imperitus ac stultus
reputeris,

Quinto

Quintū meditare, quanta crudelitas
te Sponsus atq; Seruator animæ tuæ co-
lumnæ alligatus, quanta patientia du-
rissima illa verbera propter te sustinue-
rit. Disce igitur etiam tu confusionem
omnem, quocunq; modo ea tibi acci-
derit, non solum in frâcto animo tolera-
re, sed ob Christi amorem libenter illi
ceipsum subiçere. Disce omnem incô-
moditatē, dura verba, et quicquid tibi
aduersi acciderit, æquanimiter sustine-
re. Disce nec verbera, si quæ Christi a-
more inferantur, refugere, memor tot
tantarumq; plagarum, quas redemptor
tuus Christus amore tui accepit.

S V B I V N G E S D E I N D E P R E- cationem ciusmodi.

Domine I E S V Christe patientiæ
speculum & auctor omnium bonorum,
qui tener infantulus circumcisionis do-
lorem patientissimè tulisti, in omnibus
que Iudæorum conuitijs, & quas intule-
runt plagiis atque diris flagellis, infra-
etum semper animum & benignum ex-
hibuisti: Obsecro, ut hanc mihi infun-
das gratiam, qua summa constantia
quæ Christianum hominem officiisq;
meum decet, perficiams, iniurias omnes
illatas fortiter perferam, neque prorsus

ad

MEDITATIONES

ad ullas aduersitates commoueat, sed
æquabili sim animo, tam in contrarijs,
quam rebus secundis. Qui viuis & re-
gnas cum Deo Patre in unitate, &c.

DIE MERCVRII DE
obedientia.

PRIMÒ h̄c de obedientia trium Re-
gum cogitabis, qui statim visa stella,
regnis, diuinijs, patriaq; relictis, ad exte-
ras regiones profecti recens natum re-
gem inquisuerunt, inuentumq; oblatis
muneribus prostrati in terra adoraue-
runt. Et tu igitur in primis summa di-
ligenzia internas inspirationes, & san-
cti spiritus pias suggestiones obseruato:
deinde sedulò quod admonent, perfici-
to, Deoq; voluntatem tuam in omnibus
offerre studero.

SECUNDÒ ad Christi Domini tui at-
tende obedientiam, quod nulla in re si-
bi Christus pepercerit, vt Patris volun-
tatem perficeret in ieiunijs, in vigilijs, o-
rationibus, cōcionibus, fatigationibus,
quas pro cōueritendis peccatoribus per-
pessus est. Quid multis? Ad eō promptè
Patri in omnibus obtemperauit, vt di-
cere sit solitus: Meus cibus est, vt faciam
voluntatem Patris mei, &c. Neq; tu igi-
tur laborem ullum detractes, qui tibi ex
obe-

obedientia: obeundus est: nec vllis im-
pendijs pacas, proximi saluti consulas,
quantumuis id tibi molestum videatur.

Tertio obedientiam summam Christi seruatoris admirare, quam nō solū Patri eterno ad mortem vſq; crucis preſtitit, verum etiam impijs tortoribus quando illis purpuram induētibus morrem gerebat, iussus sedere obtemperabat, imponentibus coronam spineam, inclinabat caput, & arundinem contumeliosè oblatam benignè suscipiebat, atq; ita in cæteris quantumcunq; duris & acerbis prompte obsequebatur. Libenter igitur tu quoq; alijs obtempera in ijs quæ salua & bona conscientia, ac citra peccatum vllum facere queas, & facilem ac promptum te illis exhibeas, qui operam tuam expetunt, in quocunq; negotio quantumuis etiam molesto.

Quarto illam quoq; non leuiter pertranscas obedientiam, qua ad præsidis Pilati iussionem ad populum ridendus ab omnibus, Rex gloriae processit, ludicra illa purpura induitus, spinea corona redimitus, arundinem manibus gestas, totoq; corpore miserè dilaniatus. Quanta hic cōfusione perfundebatur omniū ludibrijs expositus, quamq; grauiter aures eius percutiebant crudelis ille duris-

M SIMAQ;

MEDITATIONES

fimæq; voces, quibus omnes illi accla-
mabant: Crucifige, crucifige eum. Esto
igitur & tu obediens in tolerâda quauis
confusione & contumelia à quo eunque,
sive meritò, sive immeritò illata.

Quintò cogitabis, quanta obedi-
entia summus ille iudex viuorum & mor-
tuorum, iniquam mortis sententiam su-
scepit ab Ethnico & impio iudice.
Ideo & tu Desin primis, deinde maiorū
tuorum voluntatem in omnibus lubens
perficias, ad mortem vñsq; obedire para-
tus esto, nihil vanæ aliorum iudicia, ni-
hil verba aliorum reueritus, à cœpto de-
sistas, aut insincerè quippiā agas, quin
potius tibi persuasum habeas hanc Dei
esse voluntatem, nec quenquam inte-
villam habere potestatem, quæ non fit
data desuper.

ORABIS DENIQUE tali modo.

Domine Iesu Christe summe totius
orbis Imperator, cui ad nutum omnia
obediunt: cui se reges inclinant, & cui
subsunt cunctæ prorsus creaturæ: Rogo
te per insignem illam obedientiam, qua-
re totum ita Patris voluntati subdidi-
sti, ut fatereris esse cibum tuum eius ius-
tionem implere, Neq; illi tatum paruisti,
verum-

verum etiam hominibus quantumvis
improbis, ut iudici Pilato in suscipienda
mortis sententia, & impijs tortoribus in
his quae ad inferendas poenas iniquè præ-
cipiebant, Rogo, inquit, ut gratiam mi-
hi largiaris, quatuor in primis sanctissi-
mis mandatis, & pijs internis Spiritus
sancti suggestionibus obtemperem, cæ-
tam, velocem, alacrem, atq; humilem o-
bedientiam superioribus meis libenter
præstem. Qui viuis & regnas cum Deo
Patre & Spiritu sancto Deus in omnia
sæcula benedictus, Amen.

DIE IOVIS, DE AMABILI benignitate Christi.

PRIMÒ cōsidera, quām amabili Christus benignitate in illius senis Simeonis vlnis præsentatus in templo re-
quieuerit: precare ipsum, ut in vlnis a-
nimæ tuæ quiescens, dulcedinem cordis
tibi largiatur, & benignitatem amabi-
lem, qua cum omnibus hominibus sua-
uiter & amanter verteris.

Secundò benignitatem illam tecum
expendas, qua simplicium discipulo-
rum, adeoq; ipsius proditoris Iudeæ pe-
des, positis in terram genibus, & lauerit,
& tercerit, & osculatus sit. Qua etiā Apo-
stolis & nobis omnibus in perpetuā suæ

M 2 passio-

BSB

MEDITATIONES

passionis, suæq; erga nos immensæ charitatis memoriam, scipsum in sacramento Eucharistiae dederit: qua deniq; benignitate eosdē ob discessum passionēq; suam iam contristatos in extrema cœna consolatus sit. Da ergo operam, benignum & affabilem te exhibere omnibus hominibus, etiam si duro & alieno à te animo esse videantur.

Tertiò considera, quām benignè ingens peccatorum nostrorum pondus in se suscepit, ponderosam illam crucem in terrā accliuis benignè portarit, quāq; amicè ad mulieres conuersus eas compellauerit, dicens: Filiæ Ierusalem, nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, &c. Proinde hilari ac benigno animo iugum Domini Seruatoris, sine obscurmuratione suscipito, neq; vñquam tibi plus impositum esse causeris, quām merueris, aut feire queas. Præterea si quandoq; aliquis operam tuam depositat, non te morosum aut difficilem, sed benignū exhibeas: nec desidera, vt quis tibi compatiatur, quin potius tu alijs omnibus compatere ac subueni, qnoad eius fieri poterit.

Quartò expende, qua benignitate iamiam cruci affigendus, crueles illos tortores iuuerit, dum illi vestes vulneribus

QVOTIDIANAE. 62

bus inhérentes tam immaniter detraherent. Sis itaque etiam tu benignus illis qui vitia tua, tuosque defectus tibi appetiunt, nec tantisper exspectes ea exuere, donec te necessitas compellat, aut quis te acriter vrgeat; sed ilicet ut aduertis qd alius in te reprehendere velit, non te excusa, verum agnita culpa tua, id omni conatu emendare contendit.

Quintd considera, quam benignè & amanter salvator tuus, in crucem tam horrendè projectus, extenderit brachia sua, diris clavis cruci affigenda: quamque benignè eos aspicerit, qui illū tam crudeli ac ignominiosa crucis morte afficiebant Quocirca tu quoq; benignum blandumq; atque amabilem vultum ijs etiā omnibus præbeas, qui tibi vel maxime aduersantur: lætoq; animo de manu Domini suscipito, quicquid aduersitatis occurrit. Et vires deniq; tuas omnes alacriter libenterq; in Dei seruitiū, fratrumq; tuorum utilitatem exponas.

POSTEA AVTEM SIC
orabis.

Domine Iesu Christe benignissime Deus, qui summa semper amabilisq; benignitate erga tuos usus fuisti, quando infantulus in ylnis Simeonis requiesce-

M 3 bas,

BSB

MEDITATIONES

bas, quando Apostolorum lauabas pēdes, quando crucem ponderosam baiulans ad mulieres conuersus eas consolabarīs, vestibus spoliabarīs, et manus crudeliter perforandas porrigebas: Precor te, vt etiam benignitatē amabilem mihi conferas, qua cum omnibus prout cōuenit conuerser, animi summa dulcedine cum illis agā, nec aduersantibus sim asperior quām fauentibus: verūm amabilem dulcemque benignitatem omnibus exhibeam. Qui viuis & regnas cum Deo Patre, & Spiritu sancto Deus in saecula benedictus, Amen.

DIE VENERIS, DE INAEstimabili, ardentissimaq; charitate Christi Domini.

PRIMÒ cogita diligēter, quanta Christus Dominus accensus fuerit charitate, quando vt te hæredem constituerit regni Patris sui, profugus esse voluerit in terra aliena, furorem Herodis in summa paupertate infantulus adhuc tenerimus cum matre declinans. Fugias igitur qualibet tentatione ingruente in amabile cor Christi, eiusque aperita vulnera in ijs ineffabilem eius bonitatem atque charitatem cōtemplare. E regione autem tuam abiectionem, malitiam &

& infidelitatem: ut ex tali consideratione superbus tuus, arrogansq; animus deprimatur, & ad Deum redamandum inflammetur.

Secundò perpende etiam atq; etiam quām singulari dilectione omnes homines persequatur, dum cunctos quibuscunq; premantur miserijs aut malis, amanter ad se inuitat, vt eos subleuatos recreet. Vnite(inquiens) ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tu itaque magna cum fiducia ad ipsum accede, quantumcunq; te peccata grauent, sperans si modò illi obtemperes, certò te liberatum iri. Atque etiam da operam, vt Dei amore in te metipso experiare, qui efficiet, vt nihil tibi durum sit aut molestum, iuxta illud D. Bernardi: Amanti nihil est difficile.

Tertiò considera tecum sedulò, quāta charitate animæ tux sponsus vires suas omnes tribus continuò horis in ligno crucis suspensus exhauserit, atq; ita planè sacratissimū eius corp⁹ exaruerit, vt nihil in eo remanserit humoris. Tu ergo, vt tanto amori aliquid reperdas, in eius seruitium nihil tibi parcas: sed in ijs quæ grata illi fore cognoscis, libenter vires tuas omnes eius amore cōsumas, Cura autē sedulò, ne cas in proprio

BSB

MEDITATIONES

prio tuo iudicio, atq; volūtate & prauis
concupiscentijs adimplendis expendas;

Quartd, quanto amore septem illa
postrema verba cruci affixus protulerit,
perpende, quibus ille nobis immensam
charitatem, quam cordi inclusam tene-
bat, testatam reliquit. Esto igitur in ver-
bis tuis Christi amore tam modestus
atq; maturus, tamque verax, humilis &
benignus, ut facilè quiuis animaduerte-
re possit, te verum Dei timorem et amo-
rem in cordè gestare.

Quintd diligēter tecum animo ver-
sa, quam ineffabilis fuerit illa charitas,
qua Deus summus in maximis cordis
angustijs, & totius mundi opprobrijs,
pro te vilissimo vermiculo illam crucis
acerbissimam mortem perpeſsus fuerit.
Tu qui nihil dignum tanto amore re-
ferre potes, hoc tantum conare, vt sen-
sualem omnem affectionem in te mor-
tifices, radices vitiorum euellas, atque
ita te componas, vt mundo mortuus fo-
li Christo viuas, eiique te totum dedas,
qui etiam ad extremam usque ignomi-
niam summosq; cruciatus seipsum to-
tum tibi impēdit, quādo & sanguinem
vniuersum in tuam utilitatem profudit,
& animam deniq; ipsam pro tua salute
liberalissime dedit,

HANC

HANC DEMVM S V B I V N-
gas orationem.

Domine I E S V Christe charitas in-
 creata, qui tanto amore salutem no-
 stram semper fitiuiisti, vt veluti profu-
 gus in aliena terra peregrinari digna-
 tus sis, cuius est terra omnis & plenitudo
 eius, vt præterea omnium hominum
 qui ad te veniunt miseras & calamita-
 tes sustollere promiseris: denique post
 immensos nostri causa exantlatos la-
 bores, etiam sanguinem vniuersum pro-
 fundere, & animam pretiosissimam pro
 nobis ponere volueris: per hæc te sup-
 plex oro, vt mihi veram charitatem
 infundas, qua te in primis ardentissime
 diligam, deinde proximum omnem in
 te & propter te summo complectar a-
 more, nihilque mihi in rebus ullis par-
 cam, quibus vel tibi vel proximo obse-
 quium aliquod exhibere queam, quan-
 tumuis id durum sit mihi atq; molestū.
 Qui viuis & regnas cum Deo Patre &
 Spiritu sancto Deus, &c.

DIE SABBATI, DE LIBE-
 ralitate & Compassione Chri-
 sti Seruatoris.

N Primo

prauis
 endas,
 em illa
 rulerit,
 ensam
 n tene-
 in ver-
 odestus
 rilis &
 duerte-
 et amo-
 no ver-
 maritas,
 cordis
 robrij,
 a crucis
 fuerit,
 ore re-
 , vt sen-
 ce mor-
 , atque
 tuus fo-
 dedas,
 gnomu-
 um to-
 guinem
 refudit,
 a salute
 ,
 A N C

BSB

MEDITATIONES

Primò illam liberalitatem expende,
qua scipsum puer duodecim annorum
in templo manifestauit hominibus de-
claraturus, ob quam causam in hunc
mundum venisset, nimirum ut cœlestis
sapientiæ ac diuinæ gratiæ suæ thesa-
rum liberaliter nobis communicaret.
Semper igitur tibi ob oculos pone, qua
de causa in hunc mundum veneris, vi-
delicet non ut tua consectoris cōmoda,
aut tibi plus æquo indulgeas, sed ut te
potius deseras, te totum diuinæ volun-
tati & obsequio, proximorumque tuo-
rum utilitati offeras, atq; aliorum com-
moda tuis præponas.

Secundò vt sumمام Christus Ser-
uator tuis liberalitatem omnibus exhi-
buit, aduerte. Aliquando enim in me-
dio populi stans, ita clamabat: Si quis
fitit, veniat ad me & bibat: paratum se
ostendens omnibus omnium necessita-
tibus subuenire. Idcirco esto etiam tu
erga omnes liberalis. Et si quando acci-
dat vt opere illis succurrere nequeas, tūc
verbis pijs, at que indicijs alijs exterio-
ribus talem te alijs exhibeas, vt vel sic
cordis tui liberalitasem declares.

Tertiò,

BB
QVOTIDIANAE, 65

Tertiò, considerato, ut liberalissimè tibi cordis sui pretiosum sanguinē propinat, quādo sacro latere aperto, quicquid reliquum erat in corpore sanguinis profudit. Tu vicissim te illi gratum præbeas, atq; ob eius amorem libentissimè in omnia, quæ etiam naturæ molesta sunt, effundas.

Quartd de summis & internis sacra-tissimæ matris doloribus diligenter cogita, quanta videlicet cordis tristitia to-to illo passionis tempore affecta fuerit, quando oculis ipsa suis dilectissimū filium suū in cruce suffixū conspiciebat, quando in tātis cum angustijs videbat, et inter tantos cruciatus morientem cer-nebat; quando deniq; post mortem si-na suo eum cōplexa, omnia eius vulnera maximo animi mœrore contemplans lachrymis irrigabat. Ac proinde tu de sponsi tui passione sæpius cogitās, sedulè eam mente reuoluens, Christo eiusq; benedictæ matri compatere, dolorem aliquē in te excitans, quod tam ingentes cruciatus in gratiam tui Seruator Christus fuerit perpessus. Geras te interim apud omnes modestum atque maturum, extra yllum animi vacillationē ac dubi-

N 2 ratiō-

Tertiid,

MEDITATIONES

tationem, tam in aduersis quam prospexit, ac ijs omnibus, quae vel latitiam vel moerorem adferre possunt.

Quintò denique perpendas, quanto dolore matris ac aliorum piorum hominum Christus Dei filius sepultus sit. Tu igitur dabis operam, Christi Domini tui passionem in corde gestare, eamque saepius mente reuoluere. Præterea conscientiae tue sepulchrum frequenter vera contritione ac oris cōfessione purgare. Deniq; voluntarie ac liberali animo in memoriam passionis Christi penitentiam peccatis debitam exoluere. Omnia in laudem Seruatoris nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto regnat Deus in sæcula benedictus, Amen.

POSTREMO EIVSMODI AD Deum orationem fundas.

Domine Iesu Christe potentissime atq; liberalissime Deus, qui summa liberalitate te ipsum totum nobis donasti, quādo in maximis laboribus & corporis molestijs nihil tibi parcens, omnes fitientes ad te venire iussisti, ut aqua salutari eos potares, & liberalissimè cœlestis

BB
S
i prospe-
tiam vel
s, quanto
orum ho-
bultus sit.
li Domi-
are, eam-
Præterea
requenter
ione pur-
erali ani-
christi pœ-
exoluere.
nostri le-
spiritu san-
nedictus,
ODI AD
as.
tentissime
summa li-
bis dona-
bus & cor-
rcens, om-
sti, ut aqua
fissimè cœ-
lestis

QVOTIDIANÆ. 66

Iestis sapientiæ diuinæq; gratiæ thesau-
rum illis communicares: deniq; sanguinem
vniuersum, illum etiam qui in cor-
de interiorib; q; vitceribus latebat, vt
te totum nobis impendere non dubita-
res, liberalissimè effudisti: Oro vt mihi
liberalem des animum, quo non solùm
in tuum obsequium, sed in auxiliū quo-
que salutemq; proximorum me totum,
meaque omnia liberaliter impendam.
Fac etiam (precor) vt sedulò & cōtinē-
ter passionem tuam doloremq; sanctissi-
mae matris in corde gestem, quorum
meditatione vitam meam Christiano
homine & vocatione mea dignam tra-
ducam, animumque meum ita compo-
nam, vt dignus sit in quo per gratiam
tuam quiescas & habites, vnā cum

Deo Patre & Spiritu sancto in
omnia secula, Amen.



N ; MODVS

BSB

MODVS TEMPO- RE MATVTINO DEO SE COMMENDANDI.

MAtutino tempore vt rectè te Chri-
sto commendes, pauca quædam ti-
bi seruanda erunt.

Primum, vt surgens initio te signo
crucis munias, neq; statim ad fabulas,
aut inanes cogitationes te cōuertas; sed
in silentio mente ad Deum eleuata ad
proximam te præpares orationem.

Secundum, vbi in genua te oratueris
prouolueris (tali enim ratione orandus
est Deus) gratias agas in primis Deo,
deinde sacratissimæ matri, Angelo cu-
stodi, omnibusq; sanctis, de nocte tam
feliciter trāfacta, quòd mortuus in pec-
catis non fueris (quemadmodum multis
contingit) sed ad hūc diem seruatus sis,
vt per fidem, pœnitentiam, ac Christian-
æ legis opera, gratiam Dei tibi conci-
lies in hoc breui & incerto vitæ curri-
culo; orabisq; vt diem istū transfigas ad
Dei gloriam animæq; tuæ salutem.

Ter-

Tertium, ut serio tecum proponas die illo præsenti nihil velle committere, quo Deus offendatur. Præterea in virtute aliqua te constitutas exercere, quam in præcedētibus meditationibus invenire queas.

Quartum, consultum fuerit obiter horas diei percurrere, & generatim quoad eius fieri potest, quid toto die facturus sis, tecum supputare.

Postremò pijs quibusdam orationibus ad Deum conuersus supplex eius implores auxilium. Inter cætera autem poterunt & hæc quæ sequuntur recitari.

HYMNVS.

I Am lucis orto sydere,
Deum precemur supplices;
Ut in diurnis actibus,
Nos seruet à nocentibus.
Linguam refrenans temperet,
Ne litis horror insonet,
Visum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.

N 4

Sint

BSB

MEDITATIONES

*Sint pura cordis intima,
Absit atque recordia,
Carnis terat superbiam,
Potus cibique parcitas.*

*Vt cum dies abscesserit,
Noctemque sors reduxerit,
Mundi per abstinentiam,
Ipsi canamus gloriam.*

*Deo Patri sit gloria,
Eiusque soli filio,
Cum spiritu paracleto,
Et nunc et in perpetuum, Amen.*

Oratio.

Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire fecisti, tua nos hodie salua virtute, ut in hoc die ad nullum declinemus peccatum, sed semper ad tuam iustitiam faciendum, nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Dominum nostrum Iesum, &c.

Sancta Maria et omnes sancti intercedite pro nobis ad Dominum, ut nos mercamur

mereamur ab eo adiuuari, & saluari,
qui viuit & regnat in secula seculo-
rum, Amen.

Dies & aetlus nostros in sua pace di-
sponat Dominus omnipotens, Amen.

QVID IN PROGRESSU diei subinde agendum.

Interdiu dabis operā, vt eorum quæ
mane proposuisti memineris, & bene
agendi propositum subinde renoues; at-
que frequentissime breui admodum, seu
iaculatoria oratione animū ad Deum
conuertas, vt te semper illi cognoscas
esse præsentem, & propterea eum con-
tinenter ob oculos habeas. Si quando
autem aliquid aggrediendum tibi erit,
ita cum Ecclesia precari assuesce.

Actiones nostras quæsumus aspi-
rando præueni, & adiuuando prose-
quere, vt cuncta nostra oratio & ope-
ratio à te semper incipiat, & per te cœ-
pta finiatur, per Christum Dominum
noscum, Amen.

N 5 S T V-

BSB

MEDITATIONES

STUDIA VERO TUA

aggressurus hanc piam orationem à B. Thoma compositam non infructuofè præmittes.

Creator ineffabilis Domine meus,
et Deus meus, qui de thesauris tue
sapientiae nouem Angelorum choros
condidisti, et eos super cælum Empy-
reum miro ordine collocasti, atque ele-
gantissimè partes vniuersi distribuisti:
tu inquam qui verus fons luminis et
sapietiae diceris, atq; supereminēs prin-
cipium, infundere digneris, super intel-
lectus mei tenebras, tuæ radium clari-
tatis, duplices à me remouens tenebras,
peccatum scilicet et ignorantiam, in
qua natus sum. Tu qui linguas infan-
tium facis desertas, linguā meam eru-
dias, atq; in labijs meis gratiam tuæ be-
nedictionis infundas. Da mihi intelli-
gendi acumen, retinendi capacitatem,
interpretandi subtilitatem, addiscendis
facilitatem et loquendi gratiam co-
piosam:

piosam: ingressum instruas, progres-
sum dirigas, egressum compleas: Per
Christum Dominum, &c.

ALIA ORATIO QVAM

B. Thomas quotidie flexis ge-
nibus recitasle dicitur, diuinæ
sapientiæ studioso cuiuis ap-
primè conducibilis.

COncede mihi quæso omnipotens, &
misericors Deus, quæ tibi placita
sunt diligenter & ardenter concupisce-
re, prudenter inuestigare, veraciter a-
gnoscere, & perfectè adimplere. Ad
laudem & gloriam nominis tui ordi-
natatum meum; & quod à me requi-
ris ut faciam, tribue ut sciam, possim,
& velim, & da exequi ut oportet, &
expedit saluti animæ meæ. Via mihi,
quæso, ad te sit tuta, recta, & consum-
mata, non deficiens inter prospera, &
aduersa, ut in illis non extollar, & in
istis non deprimar.

XII

BSB

MEDITATIONES

*Vt in prosperis gratias tibi referam,
& in aduersis seruem patientiam. De
nullo gaudeam vel doleam , nisi quod
promoueat ad te, vel quod abducat à
te. Nulli placere appetam vel displi-
cere timeam,nisi tibi. Omnia in chari-
tate da facere,et quod ad cultum tuum
non pertinet, quasi mortuum reputare.
Actiones meas da peragere , non ex
consuetudine, sed ad te referre cum de-
votione.*

*Vilescant mihi omnia transitoria
propter te,et chara sint mihi omnia tua,
& tu Deus meus plus quam omnia,
Tædeat me gaudij quod est sine te,nec
cupiam aliquid quod est extrate. De-
lectet me omnis labor,qui est pro te, &
tædiosa sit mihi omnis quies, quæ non
est in te.*

*Frequenter et feruenter da mihi dul-
cissime Domine cor meum ad te diri-
gere,et defectionem meam cum emenda-
tionis proposito dolendo pensare.*

*Fac me Deus meus humilem sine
fictione,*

QUOTIDIANAE. 70

ficitio, hilarem sine dissolutione, tri-
 stem sine deiectione, matutum sine gra-
 uitate, agilem sine levitate, veracē sine
 duplicitate, te timentem sine despera-
 tione, in te sperantem sine præsumptio-
 ne: castum sine corruptione, proximum
 corripere sine indignatione, diligere sine
 simulatione, ipsumq; ædificare verbo et
 exemplo sine elatione, obedientem sine
 contradictione, patientem sine murmu-
 ratione. Da mihi dulcissime Iesu cor
 peruigil quod nulla abs te abducatur
 curiosa cogitatio. Da immobile quod nul-
 la deorsum trahat indigna affectio. Da
 invictum quod nulla fatiget tribulatio.
 Da liberum quod nulla sibi vendicet
 violenta delectatio, et da rectum quod
 nulla seorsum obliquet sinistra inten-
 tio.

Largire mihi dulcissime Deus meus
 intellectum te cognoscentem, Diligen-
 tiā te quaerentem, Sapientiam te in-
 uenientem, Conuersationem tibi placē-
 tem, Perseuerantiam te dulciter et su-
 ducis-

MEDITATIONES

fiducialiter expectantē, Fiduciam te feliciter amplectentem: Tuis pœnis configi per pœnitentiam, tuis beneficijs in via vti per gratiam, & gaudiis tuis in patria frui per gloriam, Amen.

AD OBTINENDAM
gratiam & opem sancti
Spiritus.

Veni sancte Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, qui per diuersitatem linguarum cunctarum gentes in unitate fidei congregasti.

Vers. Emitte spiritum tuum et creabuntur.

Respons. Et renouabis faciē terræ.

Oremus.

DEVS qui corda fidelium sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere, & de eius semper consolatione gaudere. Per Christum, &c.

HYMNVS.

HYMNVS.

Veni creator Spiritus,
Mentes tuorum visita,
Imple superna gratia,
Quæ tu creasti pectora.

Qui paracletus diceris,
Donum Dei altissimi,
Fons viuus, ignis, charitas,
Et spiritualis uictio.

Tu septiformis munere,
Dextræ Dei tu digitus,
Tu ritè promissum patris,
Sermone ditans guttura.

Accende lumen sensibus,
Infunde amorem cordibus,
Infirma nostri corporis,
Virtute firmans perpetim.

Hostem repellas longius,
Pacemq; dones protinus,
Ductore sic te præuio,
Vitemus omne noxiū.

Per te sciamus da Patrem,
Noscamus atq; Filium,

Te

BSB

MEDITATIONES

*Te utriusq; spiritum,
Credamus omni tempore.
Sit laus Patri cum Filio,
Santo simul paracleto,
Nobisque mittat Filius,
Charisma sancti Spiritus.*

PRECATIO CVM DOMO vel cubiculo egrederis.

*Abrenuntio tibi Sathanam et adha-
reo tibi Christum, qui es via, veritas et
vita.*

*Via tua Domine demonstra mihi,
et semitas edoce me.*

*Gressus meos dirige secundum elo-
quium tuum, ut non dominetur mihi
omnis iniustitia.*

*Perfice gressus meos in semitis tuis,
ut non moueantur vestigia mea.*

CVM AVDIS SIGNVM horæ.

*Maria mater gratiae, mater miseri-
cordiae, Tu nos ab hoste protege, In hora
mortis suscipe.*

Omn-

S
QVOTIDIANAE. 72

*Omnipotens faustam donet mortalibus
horam.*

*Nos cū prole pia benedicat virgo Ma-
ria, Amen.*

P R E C A T I O T E M P L V M
ingressuri, ex Psal. v.

*Domine in multitudine misericor-
diae tuæ introibo in domum tuam, ad-
orabo ad templum sanctum tuum, et
confitebor nomini tuo.*

A D P V L S V M C A M P A N Æ
matutinum. In memoriam
resurrectionis Domi-
nicæ.

Domine IESV Christe qui rediui-
uus ex mortuis diem illum exspe-
ctatissimū quem fecit Dominus, mor-
talibus renexisti, fac me à morte pecca-
torum excitatum, in nouitate vitæ am-
bulare, ut in resurrectione illa, in no-
uissimo die, cùm manifestatus fueris
vita nostra, et ego tecum manifester
O in

BSB

MEDITATIONES

in gloria, qui viuis et regnas in sæcula
sæculorum, Amen.

AD PVLSVM CAMPANÆ meridianum in memoriam mortis Dominicæ.

Tenebræ factæ sunt, dum Christus
suppiciū mortis pateretur in cru-
ce. Et circa horam nonam clamauit vo-
ce magna: Deus meus Deus meus ut
quid dereliquisti me? Et inclinato ca-
pite emisit spiritum. Et ecce terræmo-
tus factus est magnus, qui a mortem fi-
lij Dei mundus sustinere non poterat, et
aperto eius latere sanguis exiuit &
aqua in redemptionem salutis nostræ.

Vers. Christus factus est pro nobis
obediens usq; ad mortem, mortem au-
tem crucis.

Oremus.

Respic quæsumus Domine super
hanc familiam tuā, pro qua Dominus
noster Iesus Christus non dubitauit ma-
nibus

nibus tradi nocentium & crucis subire
tormentum. Qui passus es pro nobis mi-
serere nostri.

AD PVLSVM CAMPANÆ Vespertinum.

SVscipe quæso sancta virgo mater,
ex me verbum quondam tibi cœli-
tus ab Angelo denuntiatum. Ave gra-
tia plena Dominus tecum: Benedicta
tu in mulieribus, & benedictus fructus
ventris tui I E S V S Christus, Amen.
Ipse qui te plenam fecit gratia, nos pro
sua dirigat clementia, ut in salutis per-
gentes via, in perpetua coronemur glo-
ria.

Oremus.

Deus qui de beatæ Mariæ virgi-
nis vtero, verbum tuum Angelo mun-
cante, carnem suscipere voluisti, præ-
sta supplicibus tuis, ut qui verè eam
Dei genitricem ereditimus, eius apud te
intercessionibus adiuuemur. Per eum-
dem Christum, &c.

O 2 Admo-

BSB

MEDITATIONES

Admonitio.

NO tardum ad matutinum & meridianum pulsū, præter memoriam resurrectionis, et passionis Domini nīcæ, etiam seruari incarnationis Christi memoriam, eò quod hoc mysterium sit omnium aliorū principium: & ignoratur qua parte diei Christi incarnationis per Angelum B. Mariæ sit nuntiata. Eamq; ob causam multis in locis vſitissimum est tam mane quam meridie, & vesperi ter recitare Angelicam salutationem in hunc modum.

Angelus Domini nūtiauit Mariæ, & concepit de Spiritu sancto. Aue Maria gratia plena, &c.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundūm verbum tuū. Aue Maria gratia plena, &c.

Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, &c.

Alias precationes diuersis personis, temporibus, et necessitatibus accommodatas

QUOTIDIANAE. 74

datas petere licebit ex Enchiridio pia-
rum preceptionū, Hortulo animæ, alijsq;
similibus pijs libellis.

MEDITATIO VE-
spertina.

VEsperi priusquam te ad quietem Hom.
componas, cōscientiæ tuæ examen 15. in
præmittes. *Quandoquidem* (vt recte Gene.
admonet D Chrysost.) optimum est vt
non singulis hebdomadis modò, verùm
quotidie etiam vnusquisq; seipsum cō-
siderans, ab anima sua omnem negligi-
gentiam repellat, & bonorum possessio-
nem acquirat. Neque incommode ceci-
nit Poëta :

*Non prius in dulcem declines lumi-
na somnum,*

*Omnia quam longæ reputaueris acta
diei.*

*Modus autem istius examinis his pun-
ctis continebitur.*

*Quorum primum est, vt postquam 1.
ad orandum te composueris, humiliter*

O 3 gratias

BSB

MEDITATIONES

gratias agas Deo p omnibus beneficis
quibus hactenus te cumulanit, atq; pro
his initio quæ tibi cum cæteris homini-
bus communia sunt : quòd videlicet te
creaturam ratione præditam condi-
derit ad imaginem, & similitudinem
suam : quòd immensis laboribus, dolo-
ribus, & sanguine denique suo te ex in-
fernii faucibus (quibus tuis meritis de-
stinatus eras) eripuerit ; quodq; vitam
æternam tibi , si præceptis eius morem
gesseris, largiri paratus sit , atque pro-
miserit, &c. Deinde ea quæ peculia-
riter tibi, non autem reliquis omnibus
concessa sunt, expendens, gratias ages,
quòd te in spiritu & aqua baptizaue-
rit ; ignorantem docuerit, ac fidei lumi-
ne illustrauerit ; ab heresi te seruaue-
rit ; parentes, præceptoresq; catholicos
& piros, truique amantes dederit ; maxi-
mam semper occasione obtulerit Deum
ex animo diligendi, eiq; seruiendi. Atq;
cùm angelos nobilissimos ob vnam su-
perbiæ voluntatè è cælo, Adamum au-
tem

tem ob inobedientiae peccatum è para-
diso eiecerit, nec non et plurimos homi-
nes nunc ob peccata tuis tamen minora
ad profundum inferni iustissimè detur-
barit perpetuis ignibus cruciandos: tibi
tamen hactenus pepercitur, toties in pec-
cata lapsum clementer eripuerit, pecca-
taq; remiserit: quinimò precioso suo il-
lo corpore, & sanguine cibauerit; die
quoq; hodierno iam exalto in quo mul-
ti propter peccata ad inferos præcipitati
sunt custodierit. Hæc & similia plura
in te Dei beneficia agnosces, maxime
tamen peculiares gratias ages de bene-
ficijs illo die peculiariter tibi impensis.

Secundūm, vt deinde preceris pro II.
gratia qua recordari, deflere, expellere
& expiare vitia illa possis, in quæ die
illo ex negligentia supina, vel malitia
incidisti.

Tertium vt cogites, quid ab ea hora III.
qua manè surrexeris, ad hoc usque tem-
pus commiseris singulas horas percur-
rens, quibus partim crasti, partim stu-
diasti

BSB

MEDITATIONES

duisti, cum alijs domi forisue conuersatus es.

Videbis an Deum vel proximum cogitatione, verbo, vel opere aut omissione seu negligentia offenderis, utpote tempus negligenter transigendo, frigidè atque parum deuotè orando, et id genus alia quæ tui sunt officij, negligendo.

III. Quartò vt ex consideratione tantæ tuæ socordiæ, quam tam frequenter in eadem laberis vitia, excites tibi dolorem & metum, cogitans iniquum admodū esse, clementissimum illum Dominum tuum tam facile ac leui de causa offendere, et teipsum tantis animæ tuæ periculis exponere.

Perpendas enim sedulò si ex vita tibi hac nocte migrandum foret, quale esse iudicium expectaturus, de omni etiam verbo otioso rationem redditurus, & ad quem locū deducendus. Proinde à Domino tuo sollicitè veniam posce delictorum, promittens te maiori diligentia vitæq; emendatione cōmissa & neglecta

ES
conuersa-
roximum
aut omis-
is, utpote
do, frigidè
t id genus
gendo.
ione tantæ
nter in ea-
pi dolorem
n admodū
Dominum
iusa offendit
tuae peri-

si ex vita
ret, quale
, de omni
redditu-
ndus. Pro-
veniā posce
aiori dili-
cōmissa et
neglecta

QVOTIDIANAE. 76

neglecta pro virili tua cōpensaturum.
Atq; ora, vt si hac nocte hinc te disce-
dere velit, clementer pro sua immensa
misericordia tecum agat. Sin velit
diutius vitam tuam prorogare, gratiā
largiatur sobriè, iuste & piè viuendi
in hoc sēculo. Finita tunc oratione Do-
minica, Angelica salutatione & Apo-
stolorum symbolo hinc hymnum cum
precatione ecclesiæ subiunges.

HYMNVS.

Christe qui lux es & dies,
Noctis tenebras detegis,
Lucisq; lumen crederis,
Lumen beatum prædicans.

Precamur sancte Domine,
Defende nos in hac nocte,
Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue.

Ne gratis somnus irruat,
Nec hostis nos surripiat,
Nec caro illi consentiens,
Nos tibi reos statuat.

P Oculi

BSB

MEDITATIONES

Oculi somnum capiant,
Cor ad te semper vigilet,
Dexter a tua protegat,
Famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice,
Insidiantes reprime,
Gubernatuos famulos,
Quos sanguine mercatus es.

Memento nostri Domine,
In graui isto corpore,
Qui es defensor animæ,
Adesto nobis Domine.

Deo Patri sit gloria,
Eiusque, soli Filio:
Cum Spiritu paracleto,
Et nunc et in perpetuum.

A M E N.

Salua nos Domine vigilantes,
Custodi nos dormientes,
Ut vigilemus cum Christo,
Et quiescamus in pace.

Oratio

Oratio.

Visita quæsumus Domine, habitationem istam, et omnes insidias inimici ab ea longè repelle, Angeli tui sancti habitent in ea qui nos in pace custodiāt, et benedictio + tua sit super nos semper, Per Dominum nostrū Iesum, &c.

I E S V S

Tetraastichon de nomine Iesu.

Dulce tuum nostro scribas in pectore nomen,

Namque tuo constat nomine nostra salus.

Ille triste nihil cadit unquam, mitis Iesu,

Qui velit usq; tui nominis esse memor.

P 2 O R A-

BSB

ORATIONES IN
SCHOLA QVOTIDIE
ante Lectionem di-
cendæ.

DIE DOMINICO.

Ad Deum Patrem.

In nomine Patris, & Filij, & Spi-
ritus sancti, Amen

Benedictus sit Deus Pater, vni-
genitusq; Dei Filius, Sanctus quo-
que Spiritus, quia fecit nobiscum
misericordiam suam.

Clementissime Pater, infunde
nobis per meritum Christi fi-
lij tui, Spiritus sancti gratiam, qua
intellectus noster liberalibus disci-
plinis pleniūs illustretur, quas in
diuinum tuum honorem aliquā-
do, & spiritualem nostram virili-
tatem conuertere possimus. Qui
viuis & regnas Deus, per omnia
sæcula seculorum, Amen.

DIE

BSB

S IN
IDIE
i.

CO.
•
, & Spi.

ter, vniā
tus quo-
obiscum

infunde
Christi fi-
lam, qua
us disci-
quas in
aliquá-
m vtili-
is. Qui
omnia

PRECA TIONES. 78

DIE LVNÆ.

Ad Filium.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

O sapientia quæ ex ore altissimi prodijisti, attingens à fine usq; ad finem fortiter, suauiterque omnia disponens, veni ad docendum nos viam prudentiæ.

Verbum Patris æternum, & sapietiarum fons effusissime, Domine IESV Christe, docilitatem mentibus nostris, & intelligentiarum lumen infunde, ut feliciter nobis cedant hæc literarum studia, quibus adiuti, ad clariorem tui agnitionem æternæ veritatis, & perfectum amorem bonitatis tuæ peruenire possimus. Qui vivis & regnas Deus in sæcula seculorum,

A M E N.

P 3 DIE

DIE

BSB

PRECA TIONES.

DIE MARTIS.

Ad Spiritum sanctum.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Veni sancte Spiritus, reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, &c.

DEVS cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum, purifica per infusionem sancti spiritus cogitationes cordis nostri, ut perfectè diligere, & dignè laudare, omniaq; nostra studia semper ad tuam gloriam referre valeamus. Qui viuis & regnas Deus in secula seculorum, Amen.

DIE MERCVRII.

Ad omnes Sanctos.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

O quam

BSB
PRECA TIONES. 79

O quām glorioſum eſt regnum,
in quo cum Christo gaudent om-
nes sancti, amicti stolis albis ſe-
quuntur agnum quocunq; ierit,
laudantes Deum & dicentes: be-
neſtio & claritas, & ſapienția,
& gratiarum aetio, honor, virtus,
& fortitudo Deo noſtro in ſecula
ſeculorum, Amen.

OMN ESSancti tui queſumus
Domine, nos vbiq; adiuuent,
vt dum reorum merita recolimus,
patrocinia ſentiamus. Sancta Ma-
ria, & omnes sancti intercedat pro
nobis ad Dominū, vt nos merea-
mur ab eo in ſtudijs noſtris iuuari
& ſaluari. Qui viuit & regnat, &c.

DIE I O V I S.

De venerabili Sacramento.

In nomine Patris, & Filij, &
Spiritus sancti, Amen.

O ſacrum coniuium, in quo

P 4 Chri-

PRE CATIONES.

Christus sumitur: recolitur memoria passionis eius: mens impletur gratia, & futuræ gloriæ nobis pignus datur.

O Quàm suavis est Dñe Spiritus tuus, qui vt dulcedinem tuam in filios demonstrares, pane suauissimo de cœlo præstito, esuriētes reples bonis, fastidiosos diuites dimittis inanes. Tu a nos Domine quæsumus gratia semper præueniat & sequatur, ac studijs nostris, bonisq; operibus iugiter præstet esse intētos. Per Christum Dominum nostrum.

DIE VENERIS.

De beneficio Redemptionis.

In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Amen.

Humiliauit semetipsum Dominus noster Iesus Christus usq; ad mortem, mortem autē crucis:

pro-

BSB
ur me-
ns im-
ia no-

Spiri-
dinem
, pane
, esu-
sos di-
os Do-
emper
tudijs
ugiter
istum

ij, &
Do-
vscq;
ucis;
pro-

PRECA TIONES. 80

propter quod et Deus exaltauit il-
lum, & donauit illi nomen quod
est super omne nomen.

Domine Iesu Christe, qui pro
mundi redemptione ut qui in
tenebris erat illuminaretur, mor-
tem in crucis patibulo sustinuisti;
illam quæsumus lucem in animas
nostras corporaque infunde, per
quam ad æternam lucem & te ve-
ram sapientiam puenire meremur.
Qui viuis & regnas Deus, &c.

DIE SABBATI.

Ad B.V. genem.

In nomine Patris, & Filii, &
Spiritus sancti, Amen.


Sub tuum præsidium confugi-
mus sancta Dei genitrix, nostras
deprecationes ne despicias in ne-
cessitatibus nostris. Sed à pericu-
lis cunctis libera nos semper virgo
gloriosa, et benedicta Domina no-
stra

PRECA TIONES.

Itra, mediatrix nostra, aduocata nostra, tuo filio nos reconcilia, tuo filio nos commenda, tuo nos filio repræsenta.

O Mnipotens sempiterne Deus,
qui curam de omnibus in te
confidentibus semper habes, præ-
sta quæsumus, ut per intercessio-
nem beatissimæ virginis Matiæ
matris ynigeniti filij tui Domini
nostrí Iesu Christi, tuam in nostris
studijs & omnibus necessitatibus,
gratiam ferias. Per eundem
Dominum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum, Qui tecum vi-
uit et regnat, in unitate Spiritus
sancti Deus: Per omnia
secula seculorum,
Amen.

CHRISTO GLORIA.



cata
tuo
filio

Deus,
in te
præ-
sio-
natia
mini
ostris
ibus,
de m
Chri-
n vi-
tus

1829



Digitized by
University of
Tübingen

ge ihu niamperit iher
mio em gne gne u g
mua, son qntum no
n. gne gne u
me dñi. m u
m gom iher
gntu gntu t u
b gom gom g
nate u u u u
k. gom gom g
t u u u u u
d u u u u u
g g g g g
g g g g g

